

tota honoris gratia prosequente, discessit. *Sigon. lib. 11. Regni Ital.*

Moriens Cosmus Medices, Pater patriæ decreto publico Florentinorum est appellatus, idque sempiterni honoris causa marmor eo jure tumulo fuit inscriptum. *Jovius in Leone lib. 1.*

**Conditoris.**

C. Marius, Cimbris, & Teutonibus, & Ambronibus duplici praelio cæsis, reque publica in pristino statu retenta, tertius est urbis conditor nuncupatus. Alter enim à Romulo est L. Fur. Camillus dictus, qui Senones Gallos ex capta urbe expulit. Hic tertius, quod Germanos capere volentes non solum arcevit, sed occidit. *Sab. lib. 6. cap. 3.*

**Liberatoris.**

Julius II. Pontifex, Gallis Italia pulsus, liberata Italia titulum ita prætulit, ut eum passim inscribi nullo adolantium pudore pateretur. Sed tamen libera vox Grimani probi Senatoris à Julio audita est, titulum tanquam inanem irridens, quando magna, atque opulenta Italia pars, demonstrato Neapolitano regno, Hispaniarum jugum præferret. Ad quod Pontifex quassato scipione, quod innixus pavimentum pertundebat, respondit, brevi futurum, ut Neapolitani non iratis superis eternum jugum excutere. *Jovius in Alfonso.*

**Evergetæ, Benefici.**

Cum Cyrus Persarum Rex in expeditione quadam coactus fuisset intrare regionem desertam, omnique vice necessarium inopem, militesque ejus ob victus indigentiam commilitonum corpora edere cogentur: ibi Arimasi curru frumento onusto ad triginta millia adduxerunt, colque præter spem ab imminenti calamitate liberarunt. Proinde illos Cyrus Evergetas deinceps appellari voluit. *Diod. lib. 17.*

Cleomenes propter inopem beneficentiam Benefactor est nuncupatus. *Alex. lib. 2. cap. 11.*  
Ptolemæus Ægyptiorum Rex, eò quod neminem læderet, benefactor vero omnibus, Benefactoris cognomen promeruit. *Ibidem.*

**Socii, Amici.**

Romani socium, atque amicum, nisi benemeritis, & magnis officiis devinctos, nullos appellarunt. *Alex. lib. 4. cap. 23.*

**Imperatoris.**

*Nomen hic consideramus. Ipsa dignitas ad Imperii titulum pertinet.*

Phocion Atheniensis vigesimum Imperator dictus est: C. Aratus Sicyonius decimum, & septimum imperatorem gessit, Pelopidas Thebanus ter, & decies, Philopœmenes Megalopolitanus II. quem apud Achaos intra annum bis gerere non licebat: sicut apud Spartanos bis eundem classis præfectum fieri lege vetabatur. *Alex. lib. 1. cap. 2.*

Nomen Imperatoris pratoribus olim magnarum laudum titulus fuit apud Romanos: Quippe hoc honore, velut insigni manere, milites fumos duces honestabant, isque præcipuus honos habebatur semper. Postea nisi illos, quorum ductu, & auspicio constatum fuisset bellum, & sub quibus decem hominum millia uno praelio occidissent, aut saltem duo millia, quæ postea consuetudo increbuit, vel denique mille occubissent, aut præcipua victoria potiti essent, nullos Imperatoris nomine dignos putarunt. Imperatores dicti lauream tum in fascibus, tum in literis, quas Romam mitterebant, usurpabant. Propterea M. Crasso, quod urbem Zepodorum trans Euphratem in bellum certamine, & incremento Marte vicit, & ob id Imperatoris nomen sibi arrogavit; magna invidia fuit, quod non multo negotio tantum nomen vindicasset.

Bello civili Mariano, Cn. Pompejus tribus legionibus contractis ex Piceno, Sylla se jungeret parabat. Proinde legatus imperat, ut exercitum arment, & instruat, quo quam pulcherrimam speciem præbeat Imperatori, quippe magnos expectabat ab eo honores, affectus est autem majores. Nam ut eum vidit Sylla accedentem, & exercitum prælio delecta insignem juvenute, tantisque rebus perpetratis elatum, & erectum: desiliit ex equo. Salutat, salutat, quod expectaverat nemo, ut juvenem Imperatorem salutarit, & non dum in senium allecto, hoc nomen, de quo cum Scipionibus, & Mariis bello certabat, effect participaturus Sylla. Præmo comitatus cætera constantia fuit. Adeunt affurgebat Pompejo, & caput adaperiebat: quæ non temerè deserere eum cerneret alteri, quamvis multi cum eo, & egregii viri essent. *Plut. in Pompejo.* Jam & quod in Africa Domitium superasset, ex viginti milli-

bus hostium vix tria millia effugissent, toto conspirante exercitu, Imperatoris nomine fuit honestatus: qui licet se Imperatorem salutari permiserit, nunquam tamen epistolis, aut chirographis hoc nomen usurpavit.

C. Julius Cæsar, C. Cæsar pater, quod Syllanis temporibus multa Saminitum, & Lucanorum millia ad Efermiam interfecisset, ab exercitu Imperator fuit appellatus.

Ut perpetuum Imperatoris nomen alicui tribueretur, primum Julii Cæsaris exemplo factum est, quem Suetonius scribit Imperatoris prænomen perpetuum, & cognomen Patris patriæ à Senatu accepisse. Ex quo intelligi potest, veterum consuetudinem eo immutatam fuisse, quod cum illi cognominis loco Imperatoris titulum adscriberent, veluti Cn. Pompejus Imp. C. Cæsar primo loco, tanquam prænomen illud sic usurpavit, Imp. C. Julius Cæsar. Hotomanus de Verbis juris. Deinde Augustus Tiberium, & Claudium Drusum privignos hoc nomine nobilitavit. Bello quoque Germanico fuis, fugatisque hostibus, Tiberio Cæsari, & Tito expugnatis Hierosolymis, miles victor Imperatoris nomen dedit, & trophæum posuit. Cicero quoque, quod Parthos ad Amanum profligasset, & Metellus, quod Sertorium vicisset, Imperatoris nomina tulere. Fetur tamen Curio ad Uticam, quod ejus opera, conductis commatibus, omnium rerum copia abundaret exercitus, Imperatoris sibi nomen addidisset: & Scipio bello civili inter Pompejum, & Cæsarem, ut pecuniam à provincialibus cogeret, se Imperatorem dixisse. Demum Cæsares ne in crimen, invidiamque incidere, Imperatoris nomen tanquam titulum mitem, & honestiorem, abrogato regis vocabulo, iterum, & sæpe desumpsit. Quare Augustus semel, & vicies fuit Imperator dictus, & secuti principes hoc cognomen per sepe nobilitati sunt. *Alex. lib. 1. cap. 2.*

Zenobia Palmyrensis regina, cum Orientis regnum tueretur, armata in virili veste exercitui præfuit, & sola Imperatoris nomen tulisse dicitur, cujus auspiciis pleraque egregie gesta in hostes fuit. *Alex. lib. 1. cap. 2.*

Reges quidam Asturum, & Castellæ ditionibus aucti, sese Imperatores dici voluerunt. Sic Alfonso VI. occupato Saracenico Toletæ: & Alfonso IX. Roder. Toletan. lib. 7. Regum Hispan.

Tartari, quo tempore Cangius electus fuit Rex, vocarunt suum Ducem, sive Principem, Chaan, quod Idiome patrio significat Imperatorem, vel Regem, ut scribit Haitonus Armenus lib. 3. bist. orient. cap. 22.

**Augusti.**

Octavianus Cæsar Augustus dictus est, cum post bella civilia provincias ordinasset, imperium condidisset. Cum in senatu tractaretur, an Romulus quasi alter Urbis conditor diceretur: sanctius & reverentius visum est nomen Augusti, ex sententia Munacii Plancii: quod loca quoque religiosa, & inaugurata dicantur, ab avium gestu, aut ab auctu. *Cuspinian.*

**Sueton. in Dion. Regis.**

*Nominis hic ratio habetur. Dignitas ipsa ad locum Imperii pertinet.*

Praelio adversus Græcos ad Cheronæam Alexander Magnus Princeps dicitur in sacra Thebanorum cohortem incurrisse. Hinc silium non immeritò Philippus dilexit, ut etiam gauderet, cum Alexandrum Macedones regem, Philippum appellarent duces. *Plut. in Alex.*

Cum Demetrius Ptolemæum insigni victoria apud Cyprum superasset, hic primum Antigonum, & Demetrium H vulgus reges Asiæ consalutavit, atque Antigonum confestim diademate amici evinxere. Demetrio pater diademam misit, scriptaque epistola regem appellavit. *Ægyptii* quoque his nunciatis, ne ob cladem abiciscere viderentur animos, regem Ptolemæum dixere. Ea res pariter amulatione omnes successores Alexandri pervasit. Etenim cepit diadema Lysimachus in Helleponto gestare, & Græcos Seleucus Babyloniz alloquens: quando barbaris eo ornatu ante quoque, ut Rex responsa dederat. At Cassander alius regem cum Macedonia scribens, & vocantibus, ipse pristino more suo scripsit epistolas. Id non additamentum nominis, & habitus tantum habuit variationem, verum etiam illorum insavis spiritus, & animosus fuit, moribusque, & congressibus eorum factum addidit, & supercilium, tragicorum histronum more, unâ cum persona incestum, vocem, acubitum, salutationemque versantium. Hinc evaserunt in puniendo quoque violentiores: ubi illam, quæ ipsos

ipsos multo faciliores, & leniores ante popularibus reddebant, detraxerunt potestate diffimulantiam. Tantum vox una valuit adulatoris. Aristodemus Milesii, qui nunciis victoris ad Antigonum missis, eum regem primò salutarit, tantaque orbem terra implevit conversione. *Plut. in Demetrio.*

Agathocles Syracusorum tyrannus, Carthaginem obsidens, cum se illis nec copis, nec loci opportunitate, neque rebus gestis inferiorum duceret, seipsum regem pronunciauit, nec tamen diadema sibi usurpare voluit. Nam post occupatam tyrannidem semper corona usus fuerat propter quoddam sacerdotium, quam gestans non deposuerat, cum de principatu contenderet. Sunt, qui dicant, solum eam gestare ab initio, qui rariorem comam haberet. *Diod. lib. 20.*

Cum Guathertius, Ivetoti Dominus, invidiorum opera à Clothario, seu Childeberto Gallorum rege in exilium pulsus esset, & decemnum in Oriente adversus hostes Christi pugnan- dum consumpserit, commendatione Vigilii Pontificis instructus, ipso mortis Dominice die domum rediit, literatque pontificias regis in templo reddidit. Rex manu sua eum nulla vel loci, vel temporis ratione habita, crudeliter occidit. Quamobrem & à Pontifice acerbè reprehensus est, & Guathertii hæredes, ac posterii, item Ivetoti Urbis, & ager, ab omni Gallie regni imperio liberati, anno 536. Itaque ab eo tempore ejus loci potiti homines, regio nomine insignis facti sunt. *Fulg. lib. 9. cap. 3.*

**Ducis bellici.**

Philippus Macedo ex victoria Chazonenfi spiritus majoris concipiens, vidensque clarissimas urbes se consecratas esse, laborabat toto animo, ut totius Græciæ dux deligeretur: ejusmodi sermone passim jactabat, se vellem bellum pro Græcis contra Perfas suscipere, quorum impia facinora in res sacras ulcisci fatueret: per que benevolos maxime Græcos sibi reddebat, humane semper illi, ac liberatè eos omnes publice, & privatim tractans. Tandem civitatis Græciæ denunciavit, aliqua se cupere de communi omnium commodo consulere. Itaque Corinthi convenit habitus esse: in quo multum de bello contra Perfas loquutus, spemque bonam ejus rei faciens, animos eorum, qui convenerant, ad negotium comprobandum induxit. Novissimè quæ à Græcis omnibus dux, & potestatis summæ Imperator appellatus, apparatus magnus inire cepit copiarum, quæ contra Perfas ducenda esse, & imperato civitati cuique militum numero, quem dare deberet ad bellum Persicum, in Macedonia reverfus est. *Diod. lib. 16.*

Mortuo Philippo Alexander filius, etiam juvenis, Thessalos præ omnibus, commemorata veteri cognatione, quæ sibi cum illis per Herculem esset, ferentibusque humanissimis, unâ magna à se sperarent, persuasos induxit, communi totius Thessaliæ decreto ipsum Græciæ ducem, ut assumerent. Conterminas tandem eius gentes, cum in partes suas traxisset, superatis Thermopylis ad illas transgressus, coactis in Isthmo Amphilyoniis, fecit, ut cunctis eorum suffragiis Græciæ dux diceretur. Itaque cum triginta millibus pedum, equitum quinque in Asiam transiit. *Plut. in Alex. in Diod. lib. 17.*

Demetrius Poliorcetes cum in Isthmo conventus publicis celebraretur, multosque mortales eo convenisset, dux Græcorum contra Barbaros creatores, & renunciatus. *Plut. in Demetrio.*

Lysander, cum Agesilao regnum Spartz comparasset, stimularit eum quoque ad bellum Asianum, spem ostendens fore, Perfas ut debellaret, acque evaderet omnium hominum primus. Scripsit etiam ad suos in Asia amicos, ut ad movendum Barbaris bellum ducem poscerent Agesilæum. Cujus illi impulsu legatos miserunt. Lacedæmonem cum hisce postulatis. Quod decus regem non inferno appareat acceptum tulisse Agesilæum Lysandro. *Plut. in Lysandro.*

**Domini.**

Dominus, & Domina vocabula erant apud Romanos, quibus vir, & uxor testandi conjugii causa sese invicem appellabant. *Fulvir. Nomen. 74.* *Quædam sunt præcipua, admodum videri, & in his quibus dicitur, ubi nunciatur, & dicitur, ubi nunciatur, quos loci dicitur. Hinc illud testatoris in l. uxoris, 41. ff. de legat. tert. Uxoris fidei in hæc verba: Peto abs te domina uxor, ne ex fundo Titiano patrem vindices. Item in l. Titia, 10. ff. qui Maro, ff. de annuis legat. Domina sanctissima, scio te de amicis tuis curaturam. Item in l. ult. ff. de div. & arg. l. b. Titian. vir. Human. Tom. V.*

Uxori suæ testamento ita legatum est: Semproniz domina meæ hoc amplius argentum balneare. *Hotom. de Verbis Juris.*

**Clari.**

Dignitatem genera quatuor postremorum Imperatorum ætas fecit. Alii namque Perfectissimi, Clarissimi alii, superiores Spectabiles, supremi Illustres appellabantur. *Hotoman. comm. de Verbis juris.*

Clarissimum fecimur nomine Senatorum filia, nisi quæ viros clarissimos fortis sunt non habentur. Tandem igitur clarissima femina erit, quando Senatori nupta est, vel clarissimo: aut separata ab eo, alii inferioris dignitatis non nupit. *lib. 8. ff. de Senatoribus lib. 22. §. 1. ad municip. Hotoman. de Verbis juris.*

**RESPECTU ALIORUM, A QUORUM NOMINIBUS TRANSFERUNTUR NOMINA IMPOSITA ALIIS.**

**Deorum.**

Mithridates Rex Asiæ, & Ponti, cur Liberti patri potius quam cujusquam alio nomina honestaretur à Trallianis (teste Cicerone in oratione pro Flacco) dua causa à Plutarcho libro primò *εὐνοίας* asseruntur. Una, quod Mithridates præmium propulerit, qui plurimum edisset, quique plurimum bibisset, ipseque in utroque certamine palmam tulisset: utpote qui omnes ætatis suæ homines bibendo superaret, ob id igitur Dionysium vocatum. Sed si hæc vera essent, videtur poterant Tralliani, non tam ei honorem tribuere, quam contumeliam facere, quasi ebriotum eum, & helletoem, ac gurgitem vocarent. Est altera verior: bis eum fulmine appetitum fuisse: ita ut innocuus, incolumilique remaneret. Nam cum adhuc infans in cunis vagiret, collapsum fulmen, fascias, quibus involutus erat, excussit, neque tamen ipsum læsit, vestigium modo quoddam ignis in fronte relictum esse: quod facile occultaret coma. Rursus cum jam vir esset, ita propinquum ei dormienti cecidit, ut tela in pharetram, quæ hæc procul à lecto pendebat, condita conflagraverit, ipse tamen quoque intactus. *Muretus lib. 1. Var. lect. cap. 2.*

**Heroum.**

Nomen Herculis videtur vulgari sermone ad omnes viros egregie Fortes transferri solere non aliter, quam Cato ad G graves, & sapientes. Nam Varro, teste Servio, quadraginta tres Hercules enumerat, additque hoc nomine honoratos fuisse omnes, qui fortiter quidpiam egissent. Testatur & Macrobius in Saturnalibus, hoc nominis, compluribus laicis connumere, & ante Amphitryoniam privignum. *Xenophon. in Æquitivis, & Tacitus l. 2. Annalium.* Præter Tyrinchium, etiam Argivum, Thebanum, Libycum, Cretensem, & Ægyptium legitimus. Cicerone sex fuisse dicit. *Sab. lib. 5. Em. 1.*

Plutarchus Thelem alterum Herculem vulgò nominatum scribit, quod multa fortiter patratæ exemplo Hercules. *Erasmus in Adagio.*

Laertius in *Vitis Philos.* ostendit, & Cleanthem philosophum alterum Herculem vulgò dictum fuisse, quod esset omnium laborum patientissimus, adeo ut nocte invidendo è puteo aquam victum diurnum pararet, unde & *Oppianus* dicitur pro Cleanthes, & nihil tamen segnis egregiam operam interdu navaret philosophiæ. *Erasmus in Adagio.*

Achilles olim appellabantur milites fortissimi duces: quorum de numero fuit Luc. Siccius Dentatus, ob ingenium fortitudinem Romanus Achilles appellatus, quod eorum & viginti praelis cum hoste pugnavisset, nec ullam haberet cicatricem averiam. *Gellius lib. 2. c. 11. Erasmus in Adagio.*

Qu. Cotilius miles robustissimus Achilles Romanus ob fortitudinem dictus.

Pericles silium Paralum contra patria instruta appellavit, herois indito nomine, quod alioqui non licebat. *Suidas. Hostium.*

Drusus, hostium ducem Druso interfecto, nomen accepit, *Suetonius.*

**Amicorum.**

Pamphilus presbyter Laodicenus, Eusebio Cæsare Palæstina tam fuit acceptus, ut Eusebium cognomen Pamphilii sibi assumpserit. *Euseb. l. 3.*

Cecilius presbyter Carthaginensis, divum Cyprianum ad fidem Christi convertit. Itaque Cyprianus postea Cæcilianum prænomen sumpsit. *Hieronym. in Catalog. & in Conv. in Janam.*



Meretricum.

A Aspasia Periclis pellex ea fuit auctoritate, ut Cyrus Artaxerxis, Perfarum regis frater, pellicum dilectissimam Mito, Phocenris Hermetum filiam, Aspasia vocari voluerit. Plus in Pericle.

Parentum.

Lycii à matribus familia nomen ducunt, non à patribus. Et nobilitas, siue ingenuitas à matre in liberos derivatur, non à patre. Itaque si mater sit ingenua, quamvis pater servus sit, filii quoque ingenui censentur. Herod. lib. 2.

Apud Athenienses constitutum est, ut nemo ex femina gentis, maternum sibi nomen adsciberet: nam feminis inde familiae cognomina lege vetabatur (id quod æquè à Romanis factitatum comperimus) tum ne quis illas Athenas vocaret (sed Atticas) edicto cautum fuit, ne Æthienses, hoc est, Palladis deæ nomen sibi usurpare videretur. Alexand. lib. 5. cap. 4.

Moris est tam regum, quam privatorum Anglorum, ut pater in filio majore natu plerumque suum renoveret nomen. Polydorus lib. 19.

Avium.

B Chærephon tragædiarum scriptor fuit. Is Heraclidarum res persecutus, Quoniam autem nocturnis lucubrationibus erat majorem in modum extenuatus, confectusque, vulgari joco taxatus est. Quin etiam nocturnæ cognomen addidit. Arisophanes in Nubibus: Æthienses hæc præcipuum opus, id est, Nihil figura à Chærephonte differet. Erasmi in Adag.

Archilochus Parius Iambographus ætate, id est, cicadam seipsum vocabat, quod loquax & vocalis esset, nullique necessitati obnoxius. Unde convicianti respondit: τί γάρ μοι χρὴ κενόλογος; Lucianus in Pseudolissa.

Pyrrhus Epitrotarum Rex, cum magno prælio Pantauchum Demetrii ducem fugasset, gestivit gloria, & animi elatione. At cum ab Epitrotis Aquila nominaretur: Per vos, inquit, aquila sum. Quidni enim sum, vestris armis velut alius excedus. Plus in Pyrrho.

Buteones, apud Romanos dicti, quod auctori familia, cum gladii præfectus à portu solveret, Buteo avis felici omine infedit, quo augurio insignem de hoste victoriam tulit. Ea enim Tiorches, quod tres habeat testes, nuncupatur. Alex. lib. 5. cap. 9.

Valerius Tribunus militum, cum ad singulare certamen à Gallo provocatus descendisset, quod pugnantem in galca corvini infedisset, Corvini dictus. Sab. lib. 3. Eum. 4. Ex Gellii lib. 9. cap. 11.

Quadrupedum.

Egyptii Regi Perfarum Ocho in primis infesti, ut nefario, & detestabili, Animam cum cognomine dixerunt (animam autem exquod ita habent, ut eundem in quibusdam sacris etiam præcipitent.) At ille respondens. Enimvero asinus hic bovem vestrum devorabit: Apin imvolavit. Ex Diom. Plat. de Uide.

Troglodite Æthiopes parentum nomina minimè indunt filiis, sed tauri, arietis, ovis: & hoc quidam patres, has matres (quoniam ad his, non à parentibus, quotidianis præbeatur victus) appellanc. Diad. Sicul. lib. 4. c. 3.

Corn. Asina, cum fundum emisset, sponforque precibus eo experteret, postera die animam onustam, siculis pecunia plenis in forum adduxit pro sponfore. Unde cognomen accepit Asine. Macrobii.

D Tremulus Scrofa dictus, quod scrofin suppositam uxori puerperæ, quam depecularus fuerat, se non habere mentis fuit, seu, quod Varro tradit lib. 2. cap. 4. Rei rurice, qui primus genti nomen propagavit, cum quator in Macedonia relicus foret in castris, hostisque impressionem faceret, palam vociferatus est, celeriter se illos, ut serena porcos, disscidaturum. Quod & fecit. Alex. lib. 6. cap. 9.

Qu. Fabius Max. dictator, propter benignam naturam, Ovicalæ cognomen meruit. Volat. lib. 16. Anthrap.

Solebant olim Principes cognomina fumere de generosis bellis, ut alius Urfus, alius Leo, alius Catulus diceretur, vel Lupus, Ulfo. Crætes lib. 4. Domie cap. 27.

Diogetes vulgo Canis dicebatur. Sunt autem canum multa genera, venatorum, aucupariorum, canes ovis, & adium: sunt qui habentur in deliciis. Ergo percontanti, qualis ipse canis esset? lepidè respondit: Æthienses, melitæus, farur, molossus, quod cibi appetens, blandiretur, saturatus, morderet. Laert. lib. 6.

Franciscus Dandulus Venetorum legatus ad Pontificem, Canis cognomen traxit. De quo sub Tit. Nomina a facta E. insignia imposta.

Serpentum.

Constantinus ultimus Græcorum Imp. Rex Peloponnese antefulceptum imperium, sæpius cum Turcis congressis, eos fudit, fugavitque, ac eis oppida vi abstrulit, & expugnavit. Unde draconis cognomen tum ob militarem virtutem accepit. Cusp.

Astrorum.

Plejades Poeta septem, à numero stellarum Plejadum, à Zece enumerantur: Theocritus, Nicander, Callimachus, Apollonius, Homerus Tragicus, Aratos, & obscurissimus Lycophron. At Theocriti interpretes enumerant Theocritum, Aratum, Apollonium, Æantidem, Philicon, Homerum tragicum, & Lycophrontem. Hephæstion tamen inter tragicos septem constituit, Homerum Myrus Byzantia poetrix filium, Sositheum, Lycophrontem, Alexandrum, Anantidem, Sositphanem, & Philicum.

Sapor Perfarum Rex, cum ad Constantium scriberet Imperatorem, Solis, & Luna se fratrem dixit. Alex. lib. 2. cap. 19.

Meteororum.

Clearchus Heracleæ tyrannus, sceptrum gestans, Unum ex filiis nominavit Fulmen. Plus de Alex. fortuna, Orat. 2. Ptolemæus Ægypti Rex, Lyfandra frater, ab alacritate, & promptitudine, qua in rebus gerendis utebatur, Fulmen dictus est. Paus. in Atticis.

Arborum.

Ab arboribus fuere cognomina antiquis: Frondio militi illi, qui prælara fulmen, Vulturum transnatis fronde capiti imposta, adversus Annibalem edidit. Scolonum Licinæ genti: ita enim appellatur in ipsi arboribus fructuatio innotuit, unde & pampinatio inventa primo Sionini dedit nomen. Plin. lib. 17. cap. 4.

Amorum.

Machabæones Spartani dicti sunt Antierati posteris, quod is Machæra, id est, gladius Epaminondam Thebanum in bello strenuè consecit. Celius lib. 13. cap. 7. A. L.

Oechum Artorxæ Perfarum regem ob interfectum, & depasum Arim, Ægyptii Gladii nominarunt. Plus de Uide. Q. Fab. Max. qui cunctando rem Romanam contra Hanni. G. balem resistit, Scutum populi dictus est. Plus.

Q. Marcellus, qui undequa dragies dimicavit, collatis signis, cognomen rei conveniens adeptus est, ut secundo Punico bello adversus Penos, Romani fæ populi gladius nuncupatus: quippe qui Rempub. immensis cladibus aliis super alias afflicta bellica virtute restituit: docuitque Hannibalem possevinci, à quo Romanitatis victi essent. Sab. lib. 6. cap. 3.

Autharis Longobardorum regno, quod adhuc & viribus imbecillum, & dignitate parum speciosum fuerat, multum & amplitudinis addeces, & opum ad potentiam addidit. Instituit, ut Reges Flavii nomine antiquo Imperatorum exemplo appellarentur, & ut à singulis ducibus (triginta autem post mortem Clephis regis creati erant) vedigalium suorum dimidium ad regiam tuendam amplitudinem conferretur. Is census tertio quoque anno in Palatium regium à Jacobo Gualla scribitur esse illatus. Illis verò usum urbium, dominio jure sibi retento, reliquit, neque successores tradidit, nisi aut virili extincta stirpe, aut confata defectione. Sigonius lib. 1. Regni Italici.

Novium.

In gente Claudia fuit, qui Caudex nuncuparetur, ut scribit Seneca, quod Romanos induxit primus navem conscendere. Nam plurimum tabularum contextus, caudex dicitur. Celius lib. 24. cap. 6.

CUR NOMINA IMPONANTUR.

Tanquam Symbola Bonorum, Malorumve.

ANIMI, UTPUTA.

Eruditionis, Sapientie.

Salomonis Regis, Davidis filii, nomen in Sapientie appellatum abbit in ora hominum. Hunc ut a dicitur, ab extremis usque terris prætopens venit regina Æthiopia. Cognovit illa sapientissimum regem, magnique muneribus ornavit hospitalitatem regiam, ipsa multo majoribus affecta, multo enim sapien-

Eloquentie.

aspiciunt, quam venerat, in suum est regnum reversa. Sabeli.

A Palamedes Nauplii filius, propter omnium rerum cognitionem mirè peritus dictus est. Gyraldus.

Plato Thenes Cyrenus ob doctrinæ excellentiam minor Plato dictus, præfectus Alexandriae bibliotheca, Mathematicus summus.

Marc. Varronem non ea de causa literarum porcum à Palamone grammatico appellatum censet, Pterius Valerianus in Hieroglyphicis de Suis, quod scripta ejus sine ulla in parte ludentia, vel ea hara producta, sed quia nihil fit Varrone ipso neque lantus, neque copiosus, neque magnificentissus, qui tam multa, tam varia, tam præclara conscripserat, ut omnium consensio, vir doctissimus, ac omnium disciplina parens, totius prædicatione vultus habitus fuerit. Ergo ut nullam animal, pluribus, magisque variis conditionis aptum esse quam sus, quod nihil ea carne parabilis, & omnium epularum usus magis expositum, quinquaginta prope saporibus esse, ut veteres observaverunt, excogitatis: neque alio ex animo copiosior, latior humano victus imperia luppedatur: ita quoque multa, & varia Varronis scripta argumentum nullum intractatum reliquerit, splendidissimeque rerum omnium apparatus uniuersumque animi famem

B Cællus, epigrammatum scriptor purissimus, eruditorem consensu Docti cognomen peculiari epitheto meruit: quem Ovidius Virgilianæ majestatis opponit. Hinc vulgatum illud: Tantum parva sui debet Verona Catullo, Quantum magna suo debet Mantua Virgilio.

Crinitus lib. 2. de Poetis Latinis.

Leo I. Pontifex propter vitam sanctitatem numero divorum adscriptus, propter sanctimoniam, ac scientiam magnitudinem Magni cognomen insignitus. Sigonius l. 14. Imp. occid.

Pterius presbyter Alexandrinus, sub Caro, & Diocletiano, tante eruditionis, ut Origenes junior vocatus sit. Divus Hieronymus.

Julius Paulus Jureconf. Paravinus, qui anno Christi 230. sub Alexandro Severo Imp. floruit, propter eruditionem Coryphæus Jureconfultorum dictus est. Politianus.

Recentiorum Theologorum multi eo dignationis venerunt, ut sola appellacione firi abunde notii. Hinc Seraphici, Angelici, Subditi, Irrefragabiles, & mille alia piorum cognomina, qui in veritate asserenda primas vindicant. Sabellicus

lib. 6. cap. 3.

Antonius Ulyssiponensis patri ordinis Minorum, qui Patavi clarus miraculis obiit, à Gregorio Pontifice sanctorum confessorum consortio illatus, cum omnes firi temporis longè literis antecelleret, sacerdotum literarum Arca cognominata meruit. Tholofa, Bononia, arque Patavi Theologiam diu docuisse, & non paucos edidisse libros perhibetur. Marinæus lib. 5. rerum Hisp.

Bartolomæ Saxoferrato, qui totum jus civile suis commentariis illustravit, & inde Commentatoris nomen meruit, magnificentis titulis extulerunt posteris, Angelus Lucernam juris appellat, & Andrea Barbata opinionem ejus Apollinis oracula, & Lumen ardentissimum juris: Bapt. Seve. nullum ei nomen abuisse: Barthol. Socinus Optimum aurginam in jure civili: Jason ejus veltiga veneratur, & adoratur tanquam terrestris numinis: Illuminatorum juris, & Lucæ cæcorum vocat: si quando errare videret, eo id fieri, quod acumen ratiocinationum ejus assequi nequeamus: & si non fuisset Bartolus, effemus in abrupto. Anton. de Prato, deficiente lege, ejus opinionem pro lege haberi: D adeoque Jureconfultorum disertissimum esse. Baldus inter famossimos doctores maxime excellens, & subtilem fuisse. Thomæ Diplozotus in vita ejus.

Baldum vulgo Omnicium, quod nihil in Jure ignorari, appellat, quamvis Alexander dicat cerebrum ipsius ita in capite ejus volatasse, sicut aves volitant in aere.

Ignorantie.

Isoerates Ephorum Cumanum, qui scholam ipsius reliquerat nullo profectu, atque obid patre Demophilo denotus fuisset, ut ab integro data mercede discipulum ageret, Diphron appellabat. Diphros enim Græcis est currus, quod duos ferat, pugnantem, & aurigam. Isoerates autem ex vocis etymologia captavit jocum in discipulum, qui bis attulerit mercedem. Diphros enim dicitur dicitur dicitur dicitur, id est, à bis ferendo. Erasmi in Apophth.

L. B. Theat. vit. Human. Tom. V.

Sophocles tragicorum princeps, iustitiam propter sermonis E dulcedinem dictus. Gyraldus Dialog. 6. Hist. poet.

Pericles Atheniensis propter summam eloquentiam, qua fulgurare, & contrita ceteri videbatur, Olympii cognomen meruit. Plus in ejus vita.

Plato, Aristocles primò est dictus: sed ob latitudinem perhoris, vel frontis, vel certe ob amplitudinem orationis, Plato est cognominatus. Suidas.

Tyrannus ex Eretho Lesbi civitate Philofophus, primò Euphrastus, deinde Theophrastus, ob oris eloquentie suavitate vocatus est. Ælian. de Var. histor.

Antiphontem Rhamnium, Atheniensem versificatorem, & sophistam, xoxoxoxox vocabant, quasi orationis coequum, eo quod oratione excellens esset. Steph. Gram. apud Volat. lib. 20. Anthrap.

Emiliorum genus, scribit Plutarchus, à dulci facundia leporeque dictum, cuiusmodi enim lepiditas dicitur, unde etiam Lepidi cognomen assumptum. Volaterranus.

Ælianus Italus, Prænestinus Pontifex, & sophista, Claudius dictus, cognomino Meliglossus, seu Meliphongus, à linguz, & vocis suavitate. Docuit Romæ post Hadrian Imperatoris tempora. Suidas.

Joannem patriarcham Constantinopolitanum, ob doctri- F næ magnitudinem, atque singularem eloquentiam Græci Chrysolomum cognominaverunt, quod os aureum Latine significat. Fulg. lib. 8. cap. 16.

Laetantius, à lacteo Tullianæ eloquentie flumine dictus videtur, in quo præceptorem suum Arnobium vicit. Testis D. Hieronymus.

Pronunciationis ineptæ.

Paulanus Cappadox, urbe Cæsarea, Herodis discipulus, quia pingui lingua, more Cappadocum, pronuntiabat, collidendo consonantes, longa contrahendo, & breviam producendo, Cocus vulgo vocabatur, quod ex multis sumptuosus cibus obsonium preparare videtur. Philost. in Sophistis.

Linguarum peritiæ.

Tit. Pomponius Atticus, nobilis eques Romanus, & amicus Ciceronis non vulgaris, posteaquam vidit Cinnano tumultu Rempub. Romanam esse turbatam, Athenas fecerit, ubi longo tempore moratus, & civitatem, & omnium gratiam moribus elegantissimis promeruit: ubi linguam ita probe didicit, ut Attici cognomen assequeretur. Corn. Nepos.

Vaticini, Prophetie.

Joseph, cum Pharaoni regi somnium, quod ceteri divini non poterant, interpretatus esset. Saphanathopaneas, id est, occultorum repertor appellatus fuit. Genes. 41.

Daniel, cum regi Nabuchodonosori somnium explicasset, quod nulli alii Chaldaeorum sapientes enotare poterant, rex cum Dei sui nomine Baltasarem in postero appellati voluit. Dan. cap. 1. c. 4.

Castandram diei opinantur, quia Castin, id est, fratrem Heçtora strenuum habuerit, ac virilem in primis. Eadem & Alexandra nuncupatur, xaxax ad dicitur, quoniam congressus hominum vitari præcipue: vel ab ad dicitur, id est, quia vaticinando prodesse pluribus. Celius lib. 24. cap. 6. Ant. Led.

Studii literarii.

Chærephon Socratis familiaris Nyctæris cognominatus est quod nocturnis lucubrationibus expalluisset, & supra modum emaciatus esset. Aliis dicitur ad dicitur xaxax ad dicitur. H

Callimachus propter studium miræ artis, Calocæchos, sicut alter ob nimiam diligentiam, qua ne sibi quidem satisfacerebat, Cæcizotæchos appellatus fuit. Alex. lib. 2. cap. 11.

Scriptioris.

Lycrophrona vatem cognominatum ferunt, quod æmigmatice xaxaxaxax scribat, quæ sua est litera natura. Celius lib. 24. cap. 6.

Aspasius Byblus appellatus est, quod de bybulo, id est, papyro librum condiderit. Hadriani principis tempore floruit. Suidas.

Ælius Grammaticus cognomine duplici: nam & Præconius, quod Pater ejus præconium faceret, vocabatur: & Stylo, quod orationes nobilissimas scriberet. Volat. lib. 13. cap. 3. Anthrap. ex Tranquillo.

Nicanor Alexandrinus grammaticus, Stigmatias est cognominatus, non à servili fœditate, sed quod anxie, solliciteque H h h 4 lucubrati-



Incubationali quod repi scripsit conscripsisset, id est, de pun- A ctis, live distinctionibus, quibus utitur in scribendo. Celsus lib. 7. cap. 31. A. L. Paganus. 1. 1. 1. 1.

Origenes Synacticus, id est, Compositus dictus est, quod multos fecisset libros. Suidas.

Codrus Ureus orator, acri iudicio, magna doctrina, bea- tissimaque rerum, verborumque copia praeditus, per excel- lentiam quamdam Philip. Beroaldum Commentatorem Bononiensem appellare consueverat. Legem enim quamdam commentandi non servasse modo in Apulici A. Sino aureo as- firmabat, sed propè contulisse. Beroald. Blanch. in vita Phil. Beroaldi.

Memoriam.

Artaxerxi Persarum regi Mnemonis cognomen, eo quod memoria valeret, datum est. Alex. lib. 2. c. 11.

Imitationis.

Tatianus orator est Simiae cognomen adeptus, quod omnia ingenio similes imitando exprimeret. Celsus lib. 3. cap. 10. An- rig. Leff.

Probitatis in genere.

Luc. Piso, quod in omni re commodus foret, utilis, & fru- ctuosus. Frugi est cognominatus. Alex. lib. 5. cap. 9.

P. Scipio Nafica ob morum temperantiam Corculum quoque dictus est.

Nicolaus III. Papa ob morum quoque honestatem vulgo Compositus dictus est. Volat. lib. 22. Antrop.

Borcius Arelimus ab illi stringendo, praestantissimisque moribus publico praconio Pacificatoris nomen tulit, & Patrie decus appellatus est, quo titulo moneta aurea Ferraria signata est. Jovius in Alfonso.

Improbiorum in genere.

Phycam Graeci vocant intestinum crassius, in quod farina inferiatur caro, suntque qui dicuntur allantes, quia uti dicitur in eadem scriptura, à carnium congectione: unde allantopoles, qui etiam falsicopoles vocatur, venditor id genus farcinis. Hinc Valer. 1. 9. c. 1. Ptolemzum prodit Phycensem à scelerum congerie cognominatum. Celsus lib. 24. c. 4. A. L.

Ordonius IV. Hispania Rex, Alphonsi filius, cum non iure regium sibi nomen arrogasset, populisque non in pace continuisset. Mali cognomentum meruit. Ritus lib. 2. Reg. Hispan.

Robertus Anberri ducis ex Ida Burgundiorum ducis foro- re F. ob vitæ turpitudinem Diaboli cognomen meruit. Sed tandem resipuit, & sanctitatis opinionem obtinuit. Sub Pi- pino rege. Guaguinus lib. 3.

Carolus Francorum Rex Ludovici Caroli filius, ob igna- viam dicitur est Malferiatus, cum ferius nihil ageret. Ritus Neapol. lib. 1. Reg. Franc.

Prudentiae.

Cati apud Romanos, qui & Corculi, quod usu, & sapientia praestarent. Nam eorum Sabina acutum dixere.

M. Cato maior dictus fuit ante tertio nomine non Ca- to, sed Priscus: post Catonis nomen traxit ab tolerantia: Romani enim experientem Catam vocitant. Plut. in Catone.

Leo Monasteriota, focer Alexii Comneni tyranni, ab illo ob consulendam prudentiam Senatus os dicebatur. Ne- cesas lib. 1.

Consilii.

Dionysius poeta, ac orator appellatus est Aereus, quia Atheniensibus consulebat, ut aereis nummis uterentur. Quam orationem in Oratorum descriptione Callimachus descripsit. Athen. lib. 15. cap. 2.

C. Julius Tribunus plebis primus rogationem tulit, quot annos nati quemque magistratum peterent caperentque. Inde cognomen familiariter inditum, ut Annales appellarentur. Celsus lib. 24. cap. 6. A. L.

Stultitiae.

Brutis conciliatum nomen, ut scribit Diodorus, quod eorum plerique omnes fugitivi servi in initio fuerint, ac brata gens hominum colluvione circa Lucaniam conflante. Celsus lib. 7. cap. 26. Antiq. Leff.

Antiochus Epiphaneus, Rex Syriae, ob insaniam Epimaneus dictus. Polyb. lib. 26. Hist.

M. Tullius Philippica tertia M. Fundanum nescio quem, nullo numero, & profus contempibilem, cognominatum scribit Balaionem, ab hastantia lingue & stupore cordis. Celsus lib. 13. cap. 2. 1. Antiq. Leff.

P. Clodii soror Clodia, vide infra §. Libidinis, Impu- diticiae.

Carolus Francorum Rex, cum esset homo sine fuce, & fal- laciis. Simplex est appellatus. Ritus Neap.

Altitiae.

Ammianus lib. 14. refert Paulo cuidam, qui plurimos ad- mirandis thesibus deiecit apud Constantinum, vulgo cogno- men inditum Catena, quod in complicandis delationibus nodos neciter insolubiles.

Tolerantiae.

Reportavit ex insigni tolerantia nomen haud ignobile Job, patientissimus mortalium iudicatus, ac proinde Patiens num- cupatus. Versa est hominis aequanimitas illa, & perpetua animi temperies in proverbium, ut tam pie hodie, quam verè sit Job in ore omnium. Supremam in adversis tolerantiam significare volentiam. Sab. lib. 6. cap. 3.

Fortitudinis bellicae.

Vide Nomina ob victoriam imposta supra.

Aristodemus Cumanorum tyrannus Malacos à barbaris hoc est, ephelus vocatus est, quod admodum adolescens, cum aequalibus, comam adhuc alentibus (quos Coronistas à coma appellaverit) in bellis contra barbaros clarus, praestantique non audacia solum & manu, sed alia etiam indole consilio fuisset. Plut. de Vir. mul.

M. Cl. qui Consul Romanus quinquies fuit, patrem ha- buisse Marcum memorat. Primum suæ gentis, tradit Posi- donius, vocatum Marcellum, quasi Marcialem. Plutarch. in Marcello.

M. Marcelli ferocia non magis profuit patriæ, quam Q. Fabii Maximi prudentia, & maturitas. Ille ferocissimos hostis spiritus fregit: hic artes, quibus non minus fecit res Punica, quam armis. Non defuit igitur & Fabio suus honor, qui Cunctator cognominatus est, & Marcello, qui Rom. populi Cly- peus. Sab. lib. 6. cap. 3.

Romæ ex Claudiorum familia, qui erat egregia, & praestanti fortitudine, Nero appellatus est, Sabina vo- ce, qui Nerio vocatum virtutem, & fortitudinem, for- tē mutuata voce à Graecis, qui rursus vocant membrorum tendines. Gel. lib. 13. cap. 22.

Edmundus Ethelredus F. Angliæ Rex propter belli- cam fortitudinem Ferream laus cognominatus est. Pò- lya. lib. 7.

Ignaviae.

C. Marius junior, cum auidax, atque ad pericula adeunda haberetur intrepidus, Marti filius dictus fuit primim. Mox G factis ipsis persequitur, contra Veneris appellatus est filius. Plut. in Mario.

Castitatis, Pudoris.

Tulit una omnium Christi Mater benedicta Virginis ap- pellationis decus. Estque ita & pie, & sancte comparatum, ut ubi nomen Virginis, vox caelo grata, inseris invisa, genibus popularis, ore efficitur hic Anna filia Christi parva nominari, nec ulla virginum alia intelligatur. Sab. lib. 6. cap. 3.

P. Virg. Maro, à morum probitate, & verecundia Partie- nias dictus est. Gyrald. dial. 4. Hist. poet.

Malcolmus IV. Sootorum Rex ob castitatem Virginis cog- nomen traxit. H. Boethius lib. 13.

Libidinis, Impudicitiae.

Antioyram meretricem inde nuncupatam ferunt, quod cum mentis emore, furentibusque concumberet, vel quod me- dicus Nicostratus moriens, hellebori vim ei magnam relique- rit, aliud praterca nihil. Celsus lib. 24. cap. 6. Antiq. Leff. ex Athenaeo.

Demosthenes propter molliciem Batalus ab Aechine voca- tus est. Fuit autem Batalus Ephelus, scriptor lascivorum car- minum. Gyrald. in 3. dial. Hist. poet.

Acca Laurentia, Faustuli pastoris, qui Romulum, & Re- mum in ripa Tiberis invenit, uxor propter corporis formosissi- mum quæstum, Lupa vocata est. Unde ad nostra usque tempo- ra meretricum cellulae lupanaria appellantur. Livius lib. 1. De- cadis 1. Plut. in Romulo.

L. Catilinam fuit, qui à fellandi sceditate nuncupatum cre- dant. Fortè ab virilitate lingenda, cujus nomen vulgo ulu- patum, ab Catilina non abit longius. Ex id in epistola ad Pra- tum significasse videtur Cicero. Celsus lib. 24. cap. 6.

Clodia, Metelli Celeris uxor, Quadrantula appella- ta ob prostitutum corpus: & quod quidam amatorum eius pro argentiis minuta æra in loculo ejus immisisset. Minutissimum autem æreum nummum quadrantem vo- cabant. Plut. in Cic.

Voracitatis, Ebrietatis.

Esfau, cum prærogativam ætatis suæ Jacob fratri pro edu- lio

lino exlentibus confecto, quod rufum erat colore, vendidisset. Idem nomen invenit. Gen. 5.

Atheniensis Diotimus Chone, id est, infundibulum test cognominatus: quoniam eo apposito ori, incessan- ter infusum haureret, vinum. Celsus lib. 24. cap. 6. ex Aelian. lib. 2. Var. hist.

Xenarchus Rhodius, uti meminit Euphorion, ex hibacita- te, quam polyposian dicunt, Metereus est cognominatus. Celsus lib. 24. cap. 6. A. L.

Novellus Mediolanensis: ad proconsulatum usque ex pre- rura promotus, ob tres vini congius non impetu epotos, spectante Tiberio principe, Trigongius nominatus est. Phi- nius.

Mithridates Ponti regem à voracitate Dionysium cogno- minatum tradunt aliqui. Celsus lib. 24. c. 17. A. L.

Tiberius Cæsar in castris tyro etiam tum propter nimiam vini aviditatem, pro Tiberio, Biberis: pro Claudio, Caldius: pro Nerone, Mero vocabatur. Suetonius.

Liberalitatis, Magnificentiæ.

Q. Metellum, quod patre defuncto munus gladiato- rium populo dedisset, paucis diebus in apparatu positus, velocitatis admiratione, Celestem appellare. Plut. in Romulo.

L. Lucullus ob magnificentia Xerxes togatus à Tabe- rone Stoico dictus. Postquam enim Romæ triumphasset, me- tu Pompejanae factionis temp. deseruit, otio, & quieti in- dultit, conviviorum splendore, villarum magnificentia, liberalitate, & humanitate erga viros doctos clarissimus fuit. Plutarch. in Lucullo.

Joannes Episcopus Alexandrinus, ob eximiam in Christi- anis liberalitatem, nomen Eleemosynarii promeruit. Siegel. in Chronici.

Alfonso X. Aragonum Rex praestantissimus, tunc ingen- tem lætiam prae se ferebat, cum dona insignia largiebatur. Proinde non immerito Largus cognominatus fuit. Marinus lib. 11. rerum Hist.

Prodigalitatis.

Nepotes à Rom. dicti, qui acrius facultatibus vino, alea, & scortis, patrimonium exhaustere. Alex. lib. 1. cap. 9.

Fabius ob devoratum luxu patrimonium, Hurgus vocatus est: cuius tamen insecta virtus, vitia prioris ætatis compen- savit. Macrobius.

L. Lucullus, qui Mithridatis Pontici opes fregit, ob infans villarum adificationes, aliaque sumptuosiora ope- ra, Xerxes Togatus à suis est civibus dictus. Sab. lib. 6. cap. 3.

Cor. Lentulo. Sura cognomentum ad hæsse, scribunt eru- diti, quod Sylla dictatam gerentis, eoque quæstor publicæ pecunie vim haud parvam prodigisset, eoque nomine pluri- mum Sylla indignaretur, ab eoque impensis rationes exige- ret: progrediens in senatum in negligenter admodum, & per contemptum: Rationem (inquit) non reddo, verum crux ex- hibeo: veluti asolent pueri, cum in pilæ lusu aberrant. Celsus lib. 6. c. 5. A. L.

Avaritiæ.

Antigonus à rapacitate dictus est Hierax. Alex. ab Alex. 1. 1. cap. 11.

Livius Salinator, eo quod in censura sua salis vectigal pri- mus omnium commentatus esset, Salinatoris cognomen accepit. Livius lib. 29. c. 4. Cæcilius.

Superbiæ.

Tarquinius Superbus, Romanorum regum ultimus, ob eam rem nominatus est, quod Tullum foerum suum regno, & vitæ spoliatum insepultum abiecit: est reliqua ejus vita servitæ, & crudelitate dedita, non tam fuit digna ejusmodi ap- pellatione, quam exitio, & calamitate, in quam superbissimus Rex cum seclerata conjugè, & liberis incidit. Sabellius lib. 6. cap. 2.

Tyrannion Amifenus, Efitia Amifeni nobilissimæ grammatice discipulus, prius dicebatur Theophrastus. Mutavit autem nomen, quod inter aequales superbis verteretur moribus. Volat. lib. 20. Antrop.

Beatrice Mastini Scaligeri F. Barnabe Vicecomiti matrimo- nio juncta, à fastu, superbiæque moribus Regina cognomen adeptæ est. Jovius in Joanne Archiepisc.

Bello vigente inter Tyndaridas, & Thestem ob raptam Helenam, cum illi Aphidum occupasset, & sororem recep- sisset, Atheniensibus trepidantibus fuisse Menechæus Thesei F. ut admitterent in urbem, & acciperent benignè Tyndari- das, ut uni Theseo injuriæ auctori arma inferrent: in cæteros

mortales benefici essent, & eorum servatores. Victores ut ini- tiarentur, postulaverunt. Itaque honores affecit divinos, & Anaces dicti sunt, vel ob factas inducias, quas duxes Gre- ci vocant, vel ob curam, & sollicitudinem, ne cui malum afferretur, cum esset intra muros tantis exercitus. Plut. in Theseo.

Clementiæ.

Antigonus, Macedonia Rex, ob clementiam Evergetæ cogno- men meruit: Visio enim ad Salsam Cleome, & Sparta cap- ta, in Lacedæmonios clemens fuit, neque Sparta dignitate ludibrio habuit, neque ei insultavit: verum legibus, & republi- cæ illis reddita, & sacro Diis factis, recessit tertio die, cum gra- ve bellum accepisset Macedonia ab Illyriis illatum. Plut. in Cleome, & Suidas.

Moræ.

Q. Fabius Maximus ex morum clementia, & quod nihil illo esset placidius, Ovicule, idem quod Hannibalem mora fregit, Cunctatoris cognomen accepit.

Severitatis.

Abierunt Manliana imperia apud Romanos in prover- bium, estque & ipse L. Manlius torquatus Imperiosus appella- tus, qui filium atræ indolis securi percussit, quod præter mi- litarem disciplinam in hostem ex provocacione dimicasset. Sab. lib. 6. cap. 3.

L. Cassii prætoris Romani tribunal, propter nimiam severi- tatem Scopulus reorum dicebatur. Val. lib. 3. c. 7.

Crudelitatibus.

Persarum regem truculentissimum Oechum, qui necatis multis Apim denique mactavit, & in cœna depasus est cum amicis, nomina verunt Egyptii µεγαλας, hoc est, gladium, nominantque etiamnum in regum catalogo: morum asperita- tem, & importunitatem instrumento mortiferi comparan- tes. Plut. in Iside.

Alexander, Hircani F. Judæorum Rex, ob crudelitatem Phraça dictus est. Josephus lib. 13. c. 22. Antiq.

Opilius Macrinus Imp. pro Macrino fuit appellatus Macel- linus, cum macelli speciem domus ejus cruentarentur sanguine vernularum. Cusp.

Isidus sua ætas Artilum Hunnorum regem, magnoque ho- minum consensu Flagellum Dei nuncupavit: non quia è caelo sit hominibus nati aliquid (id enim impium sit credere) sed quod numinis permisso Barbarus multis cladibus Italian G affecerit. Sabel. lib. 6. cap. 3.

Libertatis nimie.

Democrates, ob linguam proacem quæ parvitate appellatus est. Alex. ab Alex. lib. 2. cap. 11.

Pollitiationis vane.

Antiochum ex Macedonia regibus quendam fuisse Doso- nem cognominatum legitimus, quod multa promitteret. pau- ca impleverit: Nam dicitur futurum est à verbo dicitur, cui dice- retur Antiochus Dabo. Celsus lib. 24. c. 6. Verum Antigonus ille fuit, non Antiochus.

Chares, Atheniensium dux, in pollicitando liberalis admodum. Itaque in proverb. abierunt, à χάρης ἰσο- ρξίας: quibus multi aureos se in Olympia lituros læ- ti conjectabant, sed ita nunquam non aera se capeisse mox agnoscerent. Idem.

Pertinacem Imp. scribit Capitolinum, vulgò Chrestologum esse nuncupatum, quod bene loqueretur, malè faceret. Re- latum id ab Sexto Aurelio.

Adulationis.

Aristippus Cyrenæus, Socratis auditor, qui summum bonum in corporis voluptate ponebat, à Diogene Ca- H nis regius est appellatus, quod divitem esse affecit. Laert.

Affentaticulae Cypriz, ubi transferunt in Syriam, fuerunt Scalulae appellatae, quod regum conjugibus inclinantibus se sum- miterent ad curus confederendum. Plut. de dignoscendis adulatoribus, & Athen. lib. 6. c. 6.

Aquædos, scapha navem onerariam sequens, proverbialiter de adulatore, & parasito dicitur, Athenæ restimonia, velut de mentarum affecit: quod cognominis ad hæret Heracleidi Calli- ciano, ut est apud Laertium, & citatur non in uno loco apud Athenæum, νεωσίδης ἰδύσσοι, Heracles cognomento Lem- bus. Hadr. Junius centuria 7. Adulorum.

Popularitatis, Humanitatis.

Plutarchus indicat Atheniensium Nicæ duci ob morum vasticiem Cothurni cognomen fuisse vulgò tributum, quod omnibus se accomodare novisset.

Æmilia gens, Mamercum Pythagoreum auctorem sua stirpis







flum quoddam cum aliis mulierculis egressa, juxta fluvium A Meletem Filium peperit, qui propterea Melegenes dicitur fuit. Temporis inde profectu Homeri appellationem meruit. *Plus. in Herod.*

In fragmentis Cæcili Minutiani Apuleii veteris grammatici adnotatum comperi, Virgilium à virgine esse cognominatum inter quas sit natus: propterea primum habere I, non E, cui suffragetur illud Calvi:

*Et vates, cui virga dedit memorabile nomen Laureæ.*

Hinc sententiæ Priscianus item calculum adiecit. Fatetur tamen idem Apulejus in aliis, Vergilium ab Vergiliis inflecti. *Cel. lib. 7. cap. 4. A. L.*

Leo V. Imp. optimus, Porphyrogenitus appellatus à domo, cui purpura nomen dedit, in qua genitus est. Constantinus enim Imp. qui primus Byzantio nomen à se reliquit, domum ædificari iussit, cui porphyra nomen dedit, voluitque sobole fœdem sui illic in lucem prodire, ut inde Porphyrogeniti appellarentur, non à Purpura, sed à domo. Ubi etiam Basilium à Michæle adoptatum, quo suam bobolem in imperio firmaret, hunc Leonem genuit: à quo, & septimus Constantinus de hinc B natus. *Culpinianus.*

*Temporis partus.*

Vocant Procolum Romani, si absente editus patre sit: Posthumum, si defuncto. *Plus. in Coriolano.*

Cordus, qui sero, & postremus. Opiter, qui patre mortuo, avo vivo editus foret. *Alex. lib. 2. cap. 9.*

Galeacius I. Mathias Magni Vicecomitis, Mediolanensium principis filius, sic dicitur, quod cum eum mater Burra in multo gallorum cantu enixa esset, & infans aperis oculis altè vagiret, per jocum Gallazum appellasset. Quod nomen cum anelle cum risu læpius repeterent, ominosum id visum est, quod Gallus Martia avis esset: quodque ea nocte puerum nati contigisset, qua felici prælio ad Decimum interfectis Turrianæ familie proceribus, ab Othone Vicecomite parca est ea insignis victoria, qua principatus Vicecomitis initium fuit. *Jovius in eius vita.*

*Expositionis.*

Jochabet mulier Levitica ex Amram viro Levitico in Ægyptia captivitate filium peperit, eumque contra Pharaonis regis edictum tres menses occultum habuit. Sed cum amplius occultare non posset, cistè juncea, bitumine, & pice oblite impostum, in papyro ad ripam fluminis exposuit. At Pharaonis filia Thermutis, quæ in flumen ad lavandum descenderat, cista aperta, & infans vagitibus mota, eum educandum suscepit: & cum nutricem quaereret, divinitus pueri matrem mercede conduxit. Et sic in patris ædibus educatus, jamque grandiuulus factus, Moyses appellatus fuit, eò quod ex aqua (quam Ægyptii Moy vocant) fuisse extractus, qui postea populi Israëliti vindex exiit. *Exod. 2. Josephus lib. 1. contra Apionem.*

Daphnis, Bucolici carminis auctor, eò quod infans sub lauro expositus esset, nomen adeptus est. *Elianus lib. 10.*

Isenbertus comes de Altorf, uxorem habuit Irmentrudem. Hæc cum pauperulam feminam eodem partu tres hberos mares enixam vidisset, & tanquam impudicam reprehendisset, quod ex eodem viro tres simul filios suscipere, impossibile videretur: ipsa post annum, absente viro, duodecim mares enixa est. Perterrita eo casu, obsterici undecim in proximo torrente submergendos tradidit. Pareat illa. Obvius hi illi Comes, & quid velatum gesseret, interrogat. Illa Vvelfos, hoc est, Car-dinos deformes submerfuram sese asserit. Mox ille: At per-mitte, inquit, ut videam, sint ne aliqui, qui venationi nobis inservire possint. Repugnat illa. Tandem coacta, infantes XI. ostendit, & negotium Comiti, ut gestum erat, narra-t. Imperat ergo Comes, ut factum apud uxorem suam distimulet: & filios educari præcipit. Exactoque sexennio, cum in conspectum matris prodixisset, statuit, ut non Comes de Altorf, sed ex verala obstericis ominosa voce Vvelfi voca- tentur. *Brufchius de monasterio Vvinearum.*

*Conserve vite.*

Penelope ab Icaro, & Peribæa in mare projecta, à Penelo-plibus avibus servata est. Inde nomen traxit, cum prius Ar-na vocaretur.

Ægillus Thyestis, & Pelopiz filius, expositus, à capra nu-tritus, inde nomen accepit.

Semitamis, Nini Assyriorum regis uxor, quæ defuncto

marito, 42. annis sub virili habitu Assyriis magna cum laude imperavit, ab avibus dicta est, lingua enim Syriaca avem signi-ficat. Ab us quippe infans, cum à matre Deetro propter adul-terii evitandum crimen exposita esset, nutrita dicitur, ut est apud *Diod. lib. 3. in Sabel. lib. 1. cap. 2.*

Syppelis Eteonius Echechris est Labda uxor F. cum à Co-rinthiis ad necem quaereretur, ob oraculum Delphicum quasi Corinthum everteretur esset, & à matre occultaretur à Cypse-la, mensura frumentaria, sub qua latuit, nomen habuit. *He-rod. lib. 5.*

Fabius cognominatus est Ambustus, quod olim adoles-cens fulmine tactus in naribus fuerit. Hinc etiam Pullus Jovis quasi dilectus ab eo videretur, & mutata litera postea Rufus dicitur, & Eburnus, à candore. *Festus apud Volat. 1. 16. cap. 1. Anthrop.*

Tradunt infantis Michridatis (ejus, cum quo XLII. an-nos Romani bellum gessere) cunas de celo tactas, exustasque igne caelesti factas, citra illum omnino illum nocuum mentum Vestigium modo fulminis visum in fronte. Rursum eum jam virilitatem attigisset, domum in qua dormiret, fulmine itidem idam, ac pharetra propendentis spicula delinisse ignita. Un-de conjectatum vatibus est, sagittandi arte illum fore pro-potentem, & armatura levi. Ab hujusmodi vero istibus, similitu-dine quadam affectionis, à Trallianis teste Cic. pro Flacco, & Plus. lib. 1. Sympos. Dionysium fuisse cognominatum. *Cel. lib. 29. cap. 17. A. L. & Muræus lib. 1. Var. cap. 2.*

Lamellius Longobardorum Rex, sic dicitur, quod à lama, id est, à voragine fuerit extradus. Nam cum mater ejus mero-trix septem uno partu enixa filios in piscinam projecisset, res-que Agelmundus iter faciens, eos hasta revolveret: is hastam firmiter tenuit. Ab eoigitur nutritus, eò virtutis proceffit, ut in regno ei succederet, & necem ejus contra Bulgares ultus sit. *Siegeb. in Chron.*

Albanensis Episcopus, per judicium ignis immensam per-tranfiens illeus pyram, vellimentis etiam per flammam volu-cantibus, sed in nullo læsis, Petrum Florentinum Episcopum declaravit simoniacum, unde et ipse postea igneus est appel-latus. *Hotom. de Feudis, cap. 44. & Abbate Cisperg.*

*Educatio.*

Justinus minor, nepos Justiniani Augusti ex filia, cum patrem haberet Illyricus genitus, Coropates ante regnum di-citus, quod à tencris amice non ut nepos, sed ut filius, in aula principis educaretur, ac magno in honore haberetur, ad hone-standam conditionem suam. *Culpinianus.*

*Roboris corporis.*

Gratianus Imp. Valentiniani pater, Funarius est dicitur: quod funem portanti quique etiam robustissimi milites ex-torqueere nequirent. *Paulus Diaconus, & Sex. Aurelius.*

Valerianus Cæsar propter promptitudinem manuum in tradendis armis, Carpici cognomen meruit, à carpo. Quod tamen postea Imperator factus, modestè causa reposit. *Alex. ab Alex. lib. 1. cap. 11.*

*Celebritatis.*

Papyrius, à pedum pernicitate, qua victor omnium suza-tatus aequalium fuit, Curtionis nomen accepit.

*Stature.*

Cinesias Poeta, procerò quidem, sed tam gracili corpore, ut corticibus arborum se circuminixerit, ne inlisteretur: ob id ab Aristophane dicitur *circum-inxerit*. *Erasm. in Adag.*

Apud Rom. Columella à proceritate appellationem traxe-runt. *Solin.*

Pippus ex Austria profectus, & Childerico Francorum H. rege ad Theodericum fugato, pratorio præfectus, Puffili cog-nomen à brevitate corporis habuit. *Ritius lib. 1. de Francor. Reg. Pipinum quasi Biblin, hoc est, puerulum dicit, Jo: Herod. us suscipiatur.*

Carolus Imp. à rerum gestarum magnitudine cognomen-tum Magni adeptus est: licet & aliqui à proceritate corporis illud ipsum affectum contendunt, qua cæteros mortales an-tecelluisse, facie, & barba, & pectore ac tibus (quæ etiamum hodie Aquilam emittunt) cæteris longior fuisse feratur. *Culpinianus, & Richardus in ejus vita.*

*Habitus corporis.*

Apud Rom. Arvine à pinguedine dicitur. *Solin.*  
Carolus Imp. cognomento Crassus, à corporis pingue-dine, filius Ludovici Germanorum Regis ex Hemma uxore. *Culpinianus.*

Sanctius I. Hispanæ Rex, ab habitu corporis cognomen-tum Crassi adeptus. *Ritius lib. 2. de Regib. Hispaniæ.*

*Coloris corporis.*

Galbas à colore galbæ avis credunt denominari. Est enim paffis color asseveretur. *Solin. & Alexand.*

Constantinus Imp. Chlorus dicitur est, ob pallorem, prin-ceps opt. & erga Christianos mitissimus. *Pomp. Latius.*

Ludovicus Storta, dux Insulbrum, Mauri cognomentum jam inde ab adolescentia, quod fusco esset color: illudque ex opinione, quæ tum jam de ejus calliditate divulgabatur, liben-ter, quoad in imperio mansit, retinuit. *Guicciard. lib. 3.*

*Pulchritudinis.*

Alpasia, Hermetim filia, Phocensis, propter roscum cutis colorem Milto vocabatur. Hanc quamvis pauperem, Cyrus Persarum rex in uxorem duxit. *Ælian. lib. 12. Variæ hist.*

Philippus Francorum Rex, qui initio simulatas cum Boni-facio pontifice maximo, deinde processas exercuit inimicitias, à forma præstantia Pulcher cognominatus est. *Ritius lib. 2. Reg. Franc.*

*Formæ similitudinis.*

P. Scipio Nasica junior, Serapion vocatus est, quod Serapi-oni victimario servo permissus omnino foret. *Val. Max.*  
Scipio Satiatus ob similitudinem Suarii cujusdam negotia-toris. *Idem.*

*Mortis.*

Zoroastres Badrianorum Rex, qui secundum Orosum, Pli-nium, Justinum, & alios magicas artes invenisse dicitur, ab accidentario casu post obtutum demum ita nominatus est. Præ-sidit enim cum esset, & dens videri vellet, dum multum astris intentus, simillitas quasdam ex stellis produceret, tan-dem ab ipso demone succensus est. Eum fulmine ad cælum elevatum, & in deorum numerum relatum putantes, voca-runt in posterum Zoroastrem, quasi vivens astrum. *Clemens in Itin. & Anton. Tom. 1. 11. 2. cap. 1.*

Ulysses Licophon coracæ vocat, hoc est, corvum, *de ro-pod. & piper*: quoniam arate jam scissus interit, ab Telegono interemptus, quem ex Circe susceperat: ejus rei vel Oppia-nus commemorat. *Cælius lib. 20. cap. 3. & A. L.*

Geminis editis, si subulcus alter sit, superitem Vopiscum dicere solent Romani. *Plus. in Coriolano.*

Jacobus Martyr, Persa genere, metu mortis, idolis sacrifi-cavit: Sed mox penitens, martyrium sustinuit alacriter, & à præfæctis membrorum nodis Denodatus dicitur est. *Marulus lib. 2. cap. 12.*

Christianos olim Semillos, & Sarmentitios fuisse appella-tos, Tertul. in Apopl. testatur, quod sipite, & sarmentis vix semisse constantibus exerentur.

*Capitis formæ, affectus.*

Tuditani Romanus olim, quod malleo simili capite nasce- rentur, cognomen gentilitis stirpis invenere. Tuditæ enim mallei, à tundendo dicitur fuit.

A capitis magnitudine, Capitones dicitur. *Solinus.*

*Aurium.*

Ab auribus pendulis, Flacci. *Plin. lib. 10. cap. 45.*  
Claceos Romani eos, qui mobilibus essent auribus, dice-re. *Solinus.*

*Narium.*

Varro sophista à forma nasi, ciconice comparis, Pelargus cognominatus est. *Alex. ab. Alex. lib. 1. cap. 11.*

À simis naribus, vel repandis, Silos, & Simos Romani ap-pellatum.

A naso magno, Nasones: ab adunco Nasæ dicitur.

Ciceronum gentis auctor habuit in extremo nasi in mo-dum cicris cæcam incisionem: unde cognomen quævisit. *Plat. in Ciceronem.*

*Frontis.*

Plato philosophus divinus, & omnium, quotquot sunt, philosophorum doctissimus ab initio Aristoclis nomen ha-buit: & ob frontis, sive humorum latitudinem Plato appel-latus est. *Volat. lib. 1. 8. in ejus vita.*

*Faciei.*

A faciei colore, Brunos, Nigros, Rufos, Aquillos, Ruti-lios, dixere veteres Romani.

Corn. Cossus, tribunos militum, ab aspera facie ita appella-tus est. Cossos enim Pestes eos, qui rugosi sunt, & aspera fa-cie, dicitur vocari, à similitudine vermium, qui in ligno nutriuntur.

tur. Eodemque modo vocant hodie vulgò Itali parvos in cute tumores. *Volat. lib. 14. cap. 2. Anthrop.*

L. Corn. quia faciem habebat albam, rubore plurimo per-mixtam, Syllæ cognomen adeptus est. Eapropter quidam ex Atheniensium scurris eum appellavit Morum farina conspersum. *Plus. in ejus vita.* Quamvis Macrobius l. 1. Saturn. c. 17. incerto auctore, propter inspectionem Sibyllinorum li-brorum, primò Sibyllam, deinde Syllam cognominatum asserat.

*Superciliorum.*

A superciliis præminentibus Silones nomen accepere. *Solinus.*

Imp. Alexio Duca, ob conjuncta supercilia, & velut oculis imminientia, Murzulli cognomen ab aequalibus inditum est, quem Latini imperio exuerunt, an. Sal. 1200. *Nicias.*

*Oculorum figuræ, affectus.*

Melegenes poeta Homeri inde, nomen traxit, vel quia à nativitate cæcus fuisset, vel quia peregrinationibus longinquis Colophone visum amisisset. Nam cum Cumam revertus esset, & de alendo Meligene de liberaretur, unus è fenacotibus re-pugnavit, inquit: Si semel Homeros, id est, cæcos alendos suscipiant, futurum, ut turba cæcorum tandem opprimatur. Atque hic primum Homeri nomen Melegeni inditum. Lin-gua enim Cumæorum *Melegos*, quasi *Melegos* dicitur: vel certè & comite, & duce itineris indigere, ut *Plus. in Herod.*

Antigonus Philippi, *Melegos* quoque, id est, monoculus fuit, in-deque Cyclops est cognominatus. *Cel. lib. 21. cap. 38. A. L.*

Horatio illi, qui Thufcorum copias detinuit solus, quod alterum in bello amisit oculum, Coelitis nomen fuit quomvis quod esset unoculus, Cycloper, mox lapsa consuetudine, pro Cyclope, Coelitem appellatum ferant.

Achatius orator indignus, eò quod altero oculo captus esset *Melegos* appellatus est. *Vol. lib. 13. c. 2. Anthrop.*

Licini, & Limi, alteri quod parvis oculis nascerentur, alteri quod limis oculis intuerentur, Romanis sunt dicti.

Ab oculis Partii, Strabi nomen accepere. *Plin. lib. 11. c. 45.*

*Oris, Labiorum, Malarum figuræ, affectus.*

Thetis Poleo præter cæteros filios Achillem etiam genuit. Cum verò per noctem sub igne filios occultaret, ut quod mortale illis esset, ita eximeret, filii reliqui omnes mortui sunt. At Achilles per diem Ambrosia perunctus, & per noctem sub igne occultatus, dicitur aliquandiu perdurasse: donec à Peleo deprehensus, irata in numerum Nereidum se recepit. Sic igitur Achilles ab igne servatus Pyrilios primum vocatus est: atque cum labrum tamen exustum fuisset, quod, cum lingere in-fans, ambrosia non erat perunctum, dicitur est postea Achil-les. A lii in lebetem bullientis aquæ infantes ab ea paci solitos inquit, ut experiretur, an mortales geniti essent. *Natalis Comes lib. 9. cap. 12. Mythol.*

Malici, & Bronci Rom. dicti, alteri quod magnis malis, & buccis tumidioribus essent: alteri, quod ore sine labiis nasce- rentur. *Alexand.*

A labiorum magnitudine, Chilones, & Labeones *Idem*

Halæ, à freto oris halitu. *Solinus.*

Q. Fabio Maximo, nota corporis cognomen Verrucoso dedi-t, quod verruca parva ei ex summo extuberavisset labio. *Plus. in Fabio.*

*Lingue affectus.*

Michael Rom. Imp. quod lingua esset Balbutienti, Thrau-Hus, sive Balbus cognominatus est. *Volaterran. l. 23. Anthrop.*

Ludovicus Francorum Rex, Caroli Calvi frater, ab impedi-mento lingue Balbus cognominatus est. *Ritius lib. 1. de Reg. Francorum.*

*Dentium figuræ, affectus.*

Dentatos Romanis, quos solido osse vite dentium arma- rentur, dictos putant. Quo modo Prafix regium Bithynia filius fuisse fertur, Quamquam plerique aliter sentiant, aucto-rem scilicet gentis, cum primum in lucem editus fuit, dente nato prodidisse: sicut de M. Curio, & M. Carbone traditur. *Solinus cap. 4. Polyhist.*

Acomathes Basia, Ghendich dicitur, eò quod ei unus dens deesset. *Jovius in vita Bajozærbii.*

*Capilli, Barba.*

Epocrates orator Atheniensis, eò quod propensam ad pecto- ra barbam ferret, Sæcephorus est à Platone in comedia vo-catus, quasi scutum præ se ferens. *Volat. lib. 15. Anthrop.*



Lappz ab inculo capillo nomen traxere. Solinus.
A Enobarbi, quasi Ahenobarbi, ab zris fillimio capillo, inter Romanas familias numerantur.
Julos a prima barba lanugine plerique dictos autumant.
Capellas a capillorum hirsutie dictos volunt. Itaque Julianum Caesarem Constantii Imp. A ulici Capellam vocabant per ludibrium. Celsus lib. 2. cap. 17.

Constantinus IV. interfecto patre Constante in Sicilia, cepibus adhuc Byzantio solvens, in Siciliam navigavit, ibi que patris interfectoris milites cum Mezentio tyranno sustulit. Postea e Sicilia rediens, cum promissam barbam referret, Pogonatus dictus est, vulgo Constantinopolitano, id est, Barbatus. Paulus Diac. l. 19. Ker. Rom.

Clo dius Francorum Rex, Pharamundi filius, cui quoque in Imperio successit, a promisso capillo Capillatus dictus est. Ritus de Regib. Fran. lib. 1.

Carolus Ludovici Regis Francorum filius, cui a morte patris obigit Imperium Franciae, a casu capillorum Calvus dictus. Ritus lib. 1. de Reg. Fran.

Raymundus Berengarius II. comes Barcinonae, Caput suae cognominatus, a flava, denique Caesare, Tarapda de regib. Hispaniae & Marinus lib. p. verum Hisp.

Albertus III. Archidux Austriae, cum trica, quod hanc in barba, & capillo ferre solitus est, eamque peregrinatus ad terram Sanctam uxori Beatrixi memoriam ergo dederit. Vel quod reversus est terra sancta A. C. 1285, in Novo castro cu conjugem lavantem, ut erat, solutis crinibus reperisset, subito volenti more mulierum in nedom constringere, eundem praefecerit, servatur illa trica adhuc in Luxemburgo castro a se edificato. Z. Hennings in Geneal. Mammularum forma.

Mammulas quasi papillosos, ab ipsa re denominatos ferunt. Articulorum affectus.

Hermanus Comes de Veringen, apud Sangallenses Monachus, Contractus ob membrorum contractionem dictus. Obiit anno 1074.

Manuum. Perfarum Rex Artaxerxes, Xerxis filius, qui lenitate, atque animi celsitudine praecelluit, Macrochir, sive Longimanus vocatus est, quod manum dexteram haberet altera longiorem. Plut. in Artaxerxe.

C. Mutio Cordo, qui scribam in castris Porfenae interfecit, ob cladem dextrae manus Scaevola est cognomen inditum. Nam cum ferum restitueretur, lava accepisse manu dicitur. Graeciae nam finitrum vocant. Sab. lib. 7. En. 2.

Spuitiosis. Antimachus Poeta Melicus, cognominatus est Pleceas, id est, pluviae, quod inter colloquendum sputo familiares aspergeret. Etiam Olympicus quidam sic dictus est. Suidas.

Excretiosis. Constantinus V. Imp. Leonis III. F. infans baptismi lavacro admotus, in magna Ecclesiae sollemni ceremonia aquam pollutit alvi excremento. Unde cognomen Copronymum meruit. Licet alii tradant, quod dum sepe ab amita lavaretur, proprium stercus manibus tractans, Copronymus, quasi stercorarius appellatus sit. Germanus patriarcha praesagit, per hunc puerum facta omnia contaminanda, & magna his imminere incommoda, qui pietatem coleret. Cuspinian.

Alimentorum. Scripsum fuit ab Apollodoro, lib. 3. Achilleo a Peleo susceptum, & Ligyron vocatum, deportatum fuisse ad Chironem: quem ille amantissime educavit, atque leonum visceribus nutritur, aprorumque, & urforum medullis, lactis prorsus ignarum: ut est in his versibus Euphorionis:

Epsilon... Nescia... Quare Myrionides dixerunt nomine Achilles.

Natalis Comes lib. 9. c. 12. Myrtilus... hoc est, sine cibo, sive jure albo ex lacte, & farina nutritus fuerit. Significat enim... apud Medicos, liquorum albam laci similem in ventriculo, ex cibo concocto proveniente. Eustath. Illiad. a. Caellius l. 24. cap. 9. A.L.

Ballachradas se Argivorum liberi certo festo per ludum appellavit: quod eos, qui ex montibus ab Inacho primi in campos fuerint deducti, pyris, que Achrades dicuntur, tolerasse se autem. Hae autem in Peloponneso prima Graecis fuisse conspeta, cum regio illa etiam tum Asia vocaretur. Unde Apui verso nomine dicti Achrades sunt. Plutarchus in quest. Graecis.

Sic. Philoxenus Citheris Parasitus Philicthys est cognominatus: ita ne desunt, qui Platonem quoque Philosophum nuncupant, quod sicut gratie velleter. Quidam dicitur Philobotrys: quoniam uvis afficeretur insigniter: velut Philippus Macedo, ejusque filius Alexander Philomeli vocantur, a pomis, quae avide estarent. Qui inventus prope G. Babylonem optimis, edita ab Alexandro melomachia est, onus navi. Rhetor Calimedon Carabi cognomen est affectus, quod eo piscis genere insigniter oblectaretur. Vixit Demosthenes tempestate, opsoniphagia praecipue celebratus. Caellius lib. 13. c. 25. Antie. l. 4. ex Atheni. lib. 7. c. 1.

Apud Rom. Marenas, & Oratas, vel quod piscium ejus generis vivaria quam amplissima habentem magno fenore, vel quod eo edulio praecipue velleteretur, plerique dictos volunt. Tamesti Muznam a nervoso corpore, sicut Nervam a fortitudine multi denominari dicunt. Alexand.

Perpenna dicitur videtur, qui fit latio deditus: quo nomine caro intelligatur falsa, Macrobio tradente. Caellius lib. 24. c. 6. Jacobinus Carrariensis, ejusque filio Alberto nepos Marfilius ab Uberto, Patavinorum Duce III. in principatu hares nominatus fuit: puer etiamnum ruri, vel certe in monasterio Carrarinsis, ubi pestilentia causa afferebatur, ob avidam devoratis fabas, Papafavae cognomen per jocum accepit. Id quod deinceps familia illa retinuit, Carrariense uti insupernatum, & odiosum destituta. Patavii etiamnum & opibus, & viribus florens. Bernard. Scard. lib. 3. classe 13. bi-Hior. Patavina.

Vestitus. Romani quendam ex Metallis, quod diti in publico versarentur, fronte, in qua ulus habebat, obligata, appellaverunt Diadematum, hoc est, Vitatum. Plut. in Coriolano. Sicut Diadematus alius, a diadematis usu, quod a vitato discrepat non multum. Caellius l. 24. c. 6. Papyrius praetextati cognomen, ob taceat, loquendique in praetextatae tate prudentiam, meruit. Macrobi. lib. 2. Saturn. l. 6. Gellius lib. 1. cap. 23.

M. Popilius Consul, cum sacrificium obiret lena amictus (erat enim flamen Carmentalis) plebis contra partes seditione nunciata, cum lana prodit in concionem, & seditionem oratione sua compescuit. Hinc Lanae agnomen meruit. Cicero in Bruto.

Mecenas

Mecenas, quod mollioribus vestimentis quam par esset indueretur. Melacinus dicitur. Alexand. ab Alexand. l. 5. cap. 18.

Cajus, mortuo Tiberio, Imperium assequutus, Caligula est (ut Aurelius inquit) cognominatus, a calciamiento militati, simili forte huic, quo nostro seculo Hungari utuntur, & Turce. Caligas enim milites clavus suffigebat, ut hodie innumeri clavus calciamenta sua Hungari. Proinde Plinius caligares clavos esse ferro, & acalybe virginem, & ac marcote contra here scribit. Et Egeppus centurionem quendam Julianum Hecontarchum appellatum tradit, propter clavos, quibus crebrebitis, & acutus calcos fixos habebat. Quod ergo inter milites manipulari habitu tali erat educatus, cognomen sortitus est. Cajus militibus admodum carus. Proinde, & Alumnus legionum dicitur voluit, teste Seneca: Caligulaeque nomen, convictum, & probrum esse nonnumquam exstitimabat. Cuspin. ex Dione, l. 9. Suetonio.

Antoninus Bassianus Imp. post Particum bellum vivens in exercitu, proprium genus indumentis in modum penulae excogitavit, barbarum, diciturque, & confutum ex multis partibus. Eo indutus semper, Caracallus inde cognominatus est. Dion. Nicaeus. Alii tamen cum, quod novum vestis genere populum donasset, Caracalla nomen tulisse afferunt. Alex. ab Alex. l. 5. cap. 18. Volater. l. 23. Antitrop.

Fortuliorum, Nempe.

Opulentia. A fine cognomentum Cornelii datum est, quoniam princeps Corneliae gens empto fundo, seu filia data marito, cum sponsore ab eo folementi potcerentur, afinam cum pecunia onere produxit in forum, quasi pro sponsoribus praesens pignus. Macrobi. l. 1. Saturn. cap. 6.

Thesauri. Theseo nomen hac occasione inditum est. Pater ejus Aegaeus cum Aethra Pitheci Troezeniorum regis filia rem habuit: eamque concepit suspicatus, gladium, & calcos sub saxum cavum, & ingens abruptus, rem soli Aethra aperuit, deditque mandatum, ut si filium peperisset, adultum eum, cum subulato saxo potuisset eas reliquias eximere, una cum his, nemine conficio propter 90. Pallantis filios Aegae infesto, ad se mitteret: Aethra igitur filium edidit, qui propter reposita sub saxo, unde cognosceretur, monumenta, Apui: aethra Aethra dicitur fuit. Plut. in Thesaeo.

Possessio, Agrorum. Eduardi Anglorum Regis auxilio Malcolmus Scotorum regnum, casto Macchabaeo recuperavit, anno Sal. 1061. Forfar generale eduxit consilium: ubi Primores regni, qui partibus suis adhaeserant, quorumque patres a Macchabaeo fuerant occisi, amplius donavit praemiis agrifque, ac magistratibus redditis, pristinum ipsorum, aut parentum restituit dignitatem: volens, ut quod antea non fuerat, aliarum more gentium a praediis suis cognominata caperent. Primus omnium alios Comes, alios Barones, aut Equites auro auratos creavit. Multa tum nova cognomina Scotorum familiis indita. H. Boetius l. 12.

Paupertatis. Toxis Hunnorum Rex, suscepta Othonis I. Imp. tempore in Galliam expeditione, in reditu, quam primum Germaniam attingit, exercitum in tres partes divisit. Ex quibus tertia Pannonias repereret, ad Ilencam Thuringiae civitatem a Saxonibus ad internecionem omnes, Septem tantum exceptis, caesi sunt. Quia suos reversi, omnibus bonis privati; nec quicquam proprii possidere, verum nudis pedibus mendicantem vicium lathi fuerunt: perpetuaeque ignominiae nota, a mendicando Jussi sunt appellati. Bonfin. l. 10. Dec. 1.

Viduitatis. Laodice Agameonnis filia, eo quod sine lecto, & matrimonio defuncto patre ad venietatem pervenerit, Electra dicta est. Aelianus de senectute lib. 8.

Imperii sacri, Pontificatus Bonifacius III. Romanus patria, cum Phoca (qui Mauricium Imp. cum tota stirpe deleverat) imaginem Romam misisset honorifice accepisset, eumque contra Constantinopoli-

tanum Patriarcham Cyrissurum (qui Mauricii eadem agre ferebat) defensus videretur: quandoquidem inter Romanos, & Constantinopolitanos Patriarchas de primatu contentio erat, ipse Papa, & Episcopus circumnicus ab Imperatore salutatatus fuit, cum plenaria potestate evocandi, dimittendi, corrigendi Synodos: anno Salutis 607, juxta Palmerium juxta Bedam verob. 612. Meminerunt illius constitutionis. Mon. Varnensis aetate 6. Beda de Ratione temporis, 100 in Chronico. Platina in vita Bonifacii. Graecid ad se deus trahentes, ibi Christianae pietatis arcem esse oportere ajebant, ubi & imperii: Romanus Pontifex contra Constantinopolim Romanam esse coloniam praedicare, Romam velut matrem, & dominam adhuc esse: quod ipsi Graeci perbelli facerentur, qui suum principem Romanorum Imperatorem suis diplomatibus, & libellis inscriberent, ipsique Constantinopolitani Romae Graeca voce dicerentur. Jam & illud adicere: Apostolicam sedem Petrum Barionam, qui fuit Apostolorum princeps, & cui animarum potestas primum est a Deo attributa, Romae non Byzantii vixisse, fixam, & stabilitam posteris per manus tradidisse. Romanus itaque pontifex, per hac tenuit, ut Romana sit Ecclesia omnium princeps declarata. Platina, l. 9. Sab. l. 6. En. 8. Ab hoc tempore pontifices Romani ceperunt Universales Papae appellari, ut qui pro talibus etiam semper habiti ante fuerant: ut patet ex epistola Constantini ad Dominum Papam, in secundo Tomo Conciliorum, l. 5. in subscriptione Iuxta Constantinopolitanam Synodi. At Constantinopoles Episcopos titulum Universalis patriarchae obtinuerunt. Sic enim Constantinus Georgium appellat, in Epistola ad ipsum, qua extat inter acta Synodi Constantinopolitanae, secundo Tomo Conciliorum. Er Macarius Petrum Universalem patriarcham nominat, in 8. adione eiusdem. Et Cyrus sic appellat, Sergium, in adione 13. Constantinopolitana.

Sacerdotii. Aurelios ex Sabinis, quod publice his Romae locus datus foret, ubi soli sacra facerent, a Sole nuncupatos ferunt: post pro Aureliis Aurelios dictos, R primam litera inventa. Alex. l. 1. cap. 9.

Imperii profani. Cn. Pompejus Agameonnis cognomen meruit, quod mille navibus piratico bello imperatret, ut ille mille Gracorum navibus ad Trojam, Xiphil. in Pompeio. Victoria. Innuit Thucydes, ex navalis belli victoria praesigni Themistoclem Graecis nuncupatum quodque Naumachum. G. Caellius l. 14. cap. 12. A.L.

Equites Rom. cum olim Celeres sub Romulo, & Fleximines appellarentur, postea Trofili fieri dicit, eo quod Trofili oppidum in Ithucia circa Volturno sine ullo pedium adjuvamento cepissent. Sub Gracchis id nomen exo, Judices sunt vocati, & ultimo Equites. Plin. l. 33. cap. 11. M. Manlius primus in Manliorum familia amplissima, & vetustissima claritatem nominis obtinuit, Capitolinusque ob defensum Capitolium dictus est. Plin. de Viris illust. Drusus ex Liviorum familia hostium duce Drauso cominus trucidato, sibi posterisque suis cognomen invenit. Suet. in Tiberio.

M. Val. Corvinus dictus: congressus enim singulari certamine cum Gallo, corvus Valerii galeae infidens, rostro, & aliis diversum hostem non prius infestare desistit, quam Gallus tali prodigio terretus, oculisque simul, & mente turbatus, ferro sic Valerio prostratus. Sab. l. 3. Ennead. 4. ex Gellii lib. 9. cap. 11. T. Manlius cum Gallum ingentis staturae insolenter Romanos ad monomachiam provocantem, fortiter prostravisset, jacentemque auro torque spoliasset, eum cruore referentem collo circumdedit suo. Exceptus magno cum gaudio a Romanis, inter jocularia militum carmina Torquati cognomen H auditum, victori ipsi, & posteris deinceps mansit. Sabell. l. 3. En. 4. Gell. l. 9. cap. 13. ex Q. Claudii Quadrigari r. libro Annal.

C. Matium ob Ambrones, Teutones, & Cimbro victos, Pop. Rom. tertium. Conditorum urbis appellavit, quod non minori dilcimine tum Roma servata esset, quam cum Senones funt a Furio Camillo ex urbe ejeti. Latii itaque eives, cum uxoriibus, & liberis, diis demeticis, & Mario liberant. Sab. l. 2. En. 6.

Consequisse Romanos ex oppidiis, vel provinciis captis, aut vi subactis plerunque cognomina ferre, memoria datum est. C. Martium Coriolanum, quod fortem, strenuamque operam reipub. navasset, capto Volcorum oppido Corioli, Coriolani no-



ni nomen sumfisse ferunt: & Sergium Fidenatis, ex bello, quod ad Fidenas gessit. Ex tribus verò Metellis; unus, devicto Jugurtha, & vi subacta Numidia, Numidici: alter Q. Cæcilius, L. Metelli filius, ex Macedonia, Macedonici: tertius ex Creta, Cretenici cognomen sumere. Fuit quoque Metellus Balearicus, ex devictis Balearibus cognominatus. Sed Numidicus, L. Luculli avunculus fuit: Macedonici Metellum Balearicum plerique filium, nonnulli fratrem dicunt. Cretenicum verò, & alium Dalmaticum, eisdem Macedonici filios fuisse nulla controversia est. L. quoque Mummius, delecta Achaja, & Corintho, Achajici cognomen tulit. Sed Corinthi superata, prima laus Macedonici fuit. Is enim omnem Achajam ita bello afflixit, ut rebus abscessis Mummius superveniens, levi certamine expugnatam Corinthum victoriz suæ adscripserit. *Alexander l. 2. cap. 11.*

Messana in Sicilia, & Isauria in Sicilia bello domita, M. Valerio, & P. Servilio, Messala, & Isaurici cognomen dedit. Servilius enim Lycia urbes clarissimas iusto prelio vicit, Isaurios primum bello aggressus imperio adeptus. Victor denique triumphum ex hostibus, & Isaurici cognomen reportavit. Ex Allobrogibus Fabius Allobrox, & ex Caucis Germanica gente, Gabinus secundus Caius, atque ex Callicis Hispania populis bellicosissimis Brutus cognomen Callicus, & ex Getulis Cossus Getulici nomina sumere. *Idem.*

P. Scipionem Africarium, qui dux fatalis contra Hannibalem fuit, Africa superata, & Carthagenensibus bello victis, Africani cognomen tulit: Lucium verò eius fratrem ex devicto Antiocho, & Asia subacta, Asiaticum cognominatum invenimus. Fuit & alius Scipio cognomento Æmilianus, prioris Africani nepos adoptivus, qui ob Africam bello domitam, Carthaginem, & Numantiam excisas, tertio bello Punico, minor Africanus, & Numantius appellatus est.

Cæsares, ex provinciis, quas vi, & armis subegere illustria cognomena tulerunt: sæpe populi decreto, nonnunquam acclamatione senatus. Itaque Severus Imperator, & reliqui post eum Cæsares, ex Arabia, Adiabena, Parthia, Armenia, & Germania, aliisque bello domitis gentibus, nationibusque, quas suo ductu, & auspicio conquiescere, Arabici, Adiabeni, Parthici, Armenici, & Germanici, sicut Sarmatici, Aprhici, diversititulis cognomena cepere.

Valeriano Cæsari, quod promptus ad arma, & bellicosior esset, militis militari studio Manus ad ferrum nomen indidit: qui postea in imperio delatum Carpi cognomen tum refutavit. *Alexand.*

Alexander Severus licet Imperatoris, Patris patriæ, & Magni cognomena reuenerit, asserens magnis rebus gessis ea sibi nomina parere oportere: tamen ob deletos Azavenos Azavenici cognomen sumere non dubitavit. *Alexand. l. 2. cap. 11.*

Trajanus Imp. cum Decebalum Dacorum regem cum exercitu fugasset, Dacicus cognominatus est. Idem cum Armenios, Parthosque Romano subiecisset Imperio, Optimus à senatu cognominatus est. Ad hæc Nisibi Batnisque captis, Parthicus etiam cognominatus est. Sed cognomine Optimi multo magis gloriari videbatur, ex quo natura, moreque eius suavisissimi magis quam arma cognoscerentur. *Dion. Xepbilinus.*

M. Antonius victis Celtis, qui trans Rhenum habitabant, atque Marcomannis, qui aliquoties feliciter contra Romanos pugnaverunt, & Marcum Vindicem præfectum interfecerant, Germanicus cognominatus est. *Dion. & Xipbilinus.*

Carolus Pipini F. quod Imperium Francorum extinctis ubique hostibus pacasset, Martelli cognomen meruit, quod lingua Franca signum est blandientis, & à cæde hostium deductum. *Aventinus l. 3. Annalium.* Sed alii à voce Gallica, quæ Malleum significat, derivant.

Otho II. Imp. victor in præliis frequens, ab æmulis Rubens Otho, ac Sanguinarius cognominatus fuit, à Saracenis Pallida mors. *Cuspinianus.*

Otho IV. Imp. qui xxxix. annis imperavit, propter rem gestarum magnitudinem, Mundi Miraculum appellatus fertur. *Bern. Corius in eius vita.*

Jacobus octavus Aragonum Rex, Petri filius, ob res magnificas, sanctæque gestas Fortunatus, & Felicis memoriæ fuit appellatus. *Marineus l. 10. rerum Hispan.*

Amicitia.

Nemo Romanorum sine prænomine appellabatur: idque

ex eo institutum, quod cum inter Romulum, & Tatium societas, & communicatio imperii initiata esset, ut una confensio, & unus populus, una mens, atque idem corpus, sublato discrimine notaretur: ut Romani Sabinorum, Sabini Romanorum nomina suis nominibus deducta, multorum opinio fuit. Quin etiam excellentes viros, & principali dignitate insignes, solis prænominibus nominasse, magnificè, honestèque duxere, tanquam ob illorum amplitudinem vulgo noti, & conspicui forent. *Alex. l. 5. cap. 4.*

Premislaus I. L. à Philippo Cæsare Rex Boemorum creatus, conversis inde studiis Othoni, Philippi amulo, tam constanter adhaesit, ut à Germanis Otfischgar diceretur, hoc est, totus Othonianus. Id nomen inde traxit, ut Othogarus etiam à Boemis diceretur. Ab eo sequentes etiam reges Othogari cognomen sumpserunt, videlicet Venceslaus III. filius, & Othogarus nepos, à Rodolfo Cæsare in acie cæsus, *Dubravus lib. 16. & seq.*

Inimicitia, Odii.

Ulyssis avus maternus Autolycus nomen indidit *Odyssios*, à τὸν ὀδὸν ἀδύσοιστο, quoniã avus multis invitus fuerit, aliorum in terra facultates compilare solitus. *Eustath. l. 11. ad E.* Euripides Tragicus poeta, veneris omnino abstinentes ex quo *μυσγύριος*, olor mulierum dicebatur. *Svidas.*

QUIBUS NOMINA INDITA.

Putat DEO OPT. MAX.

S. Hieronymus notat *Epist. 134.* apud Hebræos olim decem reperiri confuevisse Dei nomina. Primum EL, id est Fortis II. Eloha, id est providens, gubernans, vindicans. III. Elohim, quod est plurale prioris. IV. Sabaoth, quasi exercitum Deum, vel coepatum. Esi que potius Dei cognomen. V. Elion excellens. *Genes. 14. vers. 22.* VI. qui Est. five Sum Quod Sum. *Exo. 3. VII.* Adonai. Dominus. VIII. Jehova. Deus. IX. Sadaï. munificens, omnipotens. X. Tetragrammaton quod Jehova G pronuntiant. Unde nomen octavum est propriè Ja, 17, quod Deum significat.

ANIMANTIUS.

Vide supra, Tit. Impositio nominum in genere,

URBIBUS.

Vide infra, Communicatio nominum.

Etiã urbibus nomina indita, primum quidem à Conditoribus qui primus Civitatem condidit fuit Cain, postquam jam ipsius posteri multiplicati essent, eamque appellavit à filio suo Henoch, Henochiam, fuitque hæc prima mundi civitas. A conditoribus autem indita Civitatibus nomina clarum est ex appellatione Alexandria, Constantinopolis, Rome, Adrianopolis, & sexcentarum aliarum. Aliæ ab eventu aliquo nomen accipiunt. Sic Colonia à ductis ibidem colonis, ut fama est Antuerpiam à iacta manu nomen habere. Unde Hantverpiam Belgæ dicunt; manu inquam Colossi, quam Brabo superavit, dum dextra manus tributum quam ille à transseuntibus petebat, perolvere nollet, quamvis totum hoc commentitium noster *Horopius* æstimet. Ab Idolis etiam pleraque vocata.

A situ quoque, & aménitate, vel frugum, aliarumque rerum copia, aliquando civitates nomen suum habent; ut à victoribus, restauratoribus, Familis. De quo consulatur Theatrum Civitatum orbis Terrarum 6. libris comprehensum.

De Hebræis Scriptura memorat *Num. 32.* quod Amorrhæorum orbibus, tanquam victores sua nomina indiderint, prioribus gentilitiis abolitis, cum ab Idolis prius dicerentur, puta à Baal, Bamot Baal, Baalmeon, &c.

Consule locum de Urbibus.

Item infra Tit. Communicatio Nominum.

Populis.

Ab Abraham Isaac patre gens nomen sortita est, atque Hebræi primò dicti, mox & Judæi à Juda Israelis filio, Habrami pronepote. Aurelius Augustinus (à quo dissentire pudeat) ab Heber, qui ex Noe atnepotibus unus fuit, Hebræos primo, mox Hebræos nominatos auctor est. *Sab. lib. 1. En. 1.* Paulus Episcopus Burgenfis censet, Hebræos esse cognominatos quasi peregrinos; hocque esse etymon vocabuli lingua illa, de

re non esse dubitandum: qui enim necesse gentem illam, & in terra Chanaan, & in Ægypto esse peregrinatam. *L. Vives in lib. 1. 6. de Civit. Dei. cap. 3.*

*Labrianus lib. 4.* Hebræos tradit egressos jam Ægyptum, in quadam Syria solitudine cum confederisset, exceptos appellari Judæos; quod cum ejsusce examinaret erat Judas, & terra, quæ incolere, Judæa. Verum credo cognominatorem inde ortam, unde & tribus Judæ regnum meruit, quod ea prima post Moysen, cæteris cunctantibus, inter undas Erythraei maris est ingressa: quod putant Hebræi intelligi, cum *Gen. 49.* dicit Jacob Judæ. Ex captivitate, filii mi, ascendisti. Nam sic legunt ipsi. *L. Vives in lib. 15. Augusti de Civit. Dei. cap. 8.*

Xuthus Hellenis F. à fratris suis è Thessalia eiectus Athenas confugit, & ex Erechthei filia Achæum, & Jonem filios suscepit. Jon Selinuntis regis Ægialensium (Ægialus autem olim dicebatur, quæ postea Achaja fuit dicta) filiam Helicem in matrimonium accepit, & ab ea urbem Helicem, gentem ipsam Jonas vocavit. Penes quos posteros mansit imperium, donec ab Achæis eiectis à Doriensibus in Peloponnesum redeuntibus regno exuti, cum univerfo populo profugerent. Achæus autem Thesaliam recipit. Illius filii Achander, & Archeutes cum Argos venissent, & duas Danaï filias Scæam, & Autonoe in uxores accepissent, confirmato imperio usus obdormit, ut ab Achæi liberis communie nomine tam Lacedæmonii quam Argivi dicerentur Achæi: proprio verò soli Argivi appellarentur Danaï, à rege Danao. *Pausanias in Achæis, & Herod. lib. 7.*

Pelagiolim erant Cranaï nominati. Sub rege verò Cecrope, Cecropidæ cognominati. Erechtheo autem adepto imperium, immutato nomine Atheniensis appellati: deinde Jones, ab Jone Xuthi filio, qui dux exiti Atheniensis exercitus. *Herod. lib. 8.*

Vocabantur quondam Persæ à Græcis Cephenos, à se verò ipsi, atque ab accolis, Artæi. Verum posteaquam Perseus Danaæ, & Jovis filius ad Cepheum Beli filium commeavit, & Andromedam ejus filiam duxit uxorem, tulit ex ea filium, quem Perseum appellavit: cumque illi reliquit: à quo (nam Cepheus carebat virili prole) cognomen sortiti sunt Persæ. *Herod. lib. 7.*

Mediquondam ab omnibus vocabatur Atri: sed ubi ad eos concessit ex Athenis Medea Cholchis, immutaverunt & C ipsi nomen. *Herod. lib. 7.*

Cilicææ Cilicæ Agenoris F. Phœnicæ appellati, eum prius Hyppachai dicerentur. *Herod. lib. 7.*

Lyci à Lyco Atheniensis, Pandionis F. dicti, cum prius è Creta oriundi Termilæ appellarentur. *Herod. lib. 7.*

Curis verò Sabinorum quondam insignis, è qua prodiret T. Tatius, & Numa Pompilius, quorum ille cum Romulo, hic post Romulum Roma regnavit. Post taptum Sabinorum Sabini ex hostibus amici facti, Romam migraverunt, civitatis & nominis societate facta, ut fors quidem Romani, domi verò, & pro concione Quiritæ quasi Sabini ab urbe Curis dicerentur. *Strabo lib. 5. Geographia.*

Umbri antiquissima Italia gens, quos quasi Ombrios à Græcis dictos putant, quod inundatione terrarum, *ἄμβρα*, hoc est, imbribus superfuissent. *Plin. lib. 3. cap. 14.*

Tectatur Jordanes Cepidas Gothos fuisse ab origine, & cum rege Erico præfess Gothia (quæ pars est Sveciæ) præfess temporibus Gregorius, nomen tenere ex quodam convitio. Nam terminus grandibus navibus egressi Gothi memorantur. Dux cum rege celestem tenere portus, quos petere: tertia tardior, alios in sinus aberravit. Quorum tarditatem pertasi cæteri, Gepanta illos, patria lingua (hoc est, pigros, atque tardos) dixere, bene congruente nomine moribus, & factis eorundem: nam & corporis motu, & ingenii tarditate fegniore perhibentur. Inde paulisper (ut fit) ex Gepantis, mutato nomine appellati sunt Gepidæ: quod in ea gente, quandiu regno valuerunt, vocabulum ex contumelia natum, per multa secula in gente duravit. *Cranzius lib. 2. Sveciæ cap. 6.*

In Slavorum natione maxime, & fortissimæ gentes etiam nunc censentur: nempe Russi, quos Ruthenos plerique vocant, Volynii, Moschi, Bulgari, Rasciani, Serbi Bonenses, Carni, Croatæ, & ii, qui Dalmatiam, Illyricum, Istriam, Ungariæque montana tenent, Slavorumque fœ Slavinarum nomen peculiariter retinent: itemque accola sinus Venetici, & Oceani Germani. Sala & albitenus, quorum reliquæ hodieque à Germanis Vindæ, seu Vendi vocantur: denique Boemi, Lufacii, Moravi, *L. B. Theat. vit. Human. Tom. V.*

Cassubii, Pomœrani, Masovii, Sileii, & Poloni. Sic dicti à Slava, quod famam, five gloriam gentis significat, quasi celebres, cum res magnas, & præclaras contra Romanum imperium, & finitimos quoque gesserint. *Cromerus lib. 1. Polonia.*

Arx Engeren in Episcopatu Osnaburgensi, vetus sedes principum antiquæ Saxoniz Vvedekindi, & filiorum ejus unde nomen Angli Saxonibus, quod olim intulerunt Britanniz: ut ex illis diceretur Anglia, quod nomen servat in hodiernum. *Cranzius lib. 8. Metrop. cap. 52.*

Regibus. Reges à quibus denominati.

Omnes Reges Joves appellabantur antiquitus, idque ea causa factum est, quod Jupiter is, qui primus ita fuit nominatus, præclara in mortales beneficia, & in Atheniensis præcipue contulit. Atque ut Cæsares omnes Romanorum Imperatores ad primi Cæsaris auspiciu vocati fuerunt: ita Joves reges omnes ad Jovis Arcadis auspiciu dicti sunt ab antiquis. Postea omnia & Arcadis, & cæterorum ejus nominis facinora uni Saturni filio Jovi tertio attributa fuit à poetis. *Natalis Comes Mythologia lib. 2. cap. 1.*

Artaxerxes Scythæ, vir fortis, & strenuus, cum premente inopia, latrociniis obnoxiam juventam ageret, coacta exulum F. manu, quos Parthos nuncupant, devicto Seleuco, & Mandragora, in regem Parthorum assumptus, illud ita instituit, formavitque, ut diem victoriæ tanquam natalem libertatis, multis post tempestatibus, solemnem celebravit. Qui postquam lato functus est, tanto honori ipsius memoria fuit, ut celebre ad posteros reges cognomen Artaxerces ex suo nomine reliquerit. Nam & Parapatus, & Mitridates, & Pharnaces, & qui post illum regnarunt Parthorum reges, cognomen Artaxerces sibi, posterisque illustri titulo propagatum adopaverunt. Quorum posteros parum legitime regnare dixerunt, nisi ex matris incesto, & filii concubitu editi forent. *Alex. lib. 1. cap. 2.*

Indorum reges, alios Palibotos, alios Sandracoftos: nonnullos Taxiles, sequente nomine in quemcunq; imperium transfret, ob eximiam in bello virtutem denominatos ferunt. Bythynos ob prioris Nicomedis claritatem, qui militia, & domi clarus fuit, Nicomedis cognomen regibus indidisse putant. A Cecrope, qui Athenis regnavit primus, reges Atheniensium Cecropidæ nuncupantur. Hic enim omnem multitudinem in oppida duodecim digestam paritatus fuit, quam G Theseus obviam eundo percussit, ne hostium præda forent, velut unius corporis alumnos, in unam urbem postea sociavit, & coegit. *Idem.*

Artaxerxes Mnemon, cum bonum regem se præstitisset, pleneque affabilem, & pacis amantem, omnium deinceps Regum nomina Persæ commutarunt, eisque nomen ipsius imposerunt, ut Artaxerxes dicerentur. *Diod. lib. 15.* Affyriorum reges Tigranes dicti, cognominati que sunt. Cum enim Seleucidarum imperium ab Alexandro ad septuaginta supra ducentos annos provectum fuerit, Tigranis cognomen à primo illo, qui Affyris præfuit summæ justitiæ temperamento, posteris desumptum, ut per ea tempora quatuor supra decem Tigranes reges denominati ferantur. *Alexand. lib. 1. cap. 2.*

A Neoptolemo Achilles filio, qui Pyrrhus dictus est, reges Molossorum Pyrrhidæ, eum ea loca tenuissent: & Ponti, Mitridatis nomina sumpserunt. Is enim, cum quo populos Romanus multiplex bellum gessit, à primo Mitridate sextus adnumeratur, quem Eupatorem vocitarunt. *Alexand. lib. 1. cap. 2.*

In Merco, quod Candaces præcipua mulier regnum tenuisset, reginas in posterum Candaces cognominari voluerunt: eaque observatio constans, & perditi mansit. *Alexand. lib. 1. cap. 2.*

Ægyptiorum reges, post Mincum Memphis conditorem (qui Abrahamo longè prior vixit) Pharaones sunt appellati, à rege quodam Pharaone. Pharaon enim lingua illorum regem significat, uti postea Ptolemæi sunt dicti: Post focerum autem Salomonis nulli amplius hoc nomine fuerunt appellati, sed propriis nominibus. *Josephus lib. 8. Antiq. 1. cap. 6.*

Ægyptii reges, cum antea Pharaones dicerentur, Ptolemæus Lagus, gregarii militis filius, qui Ægyptum armis sibi vindicarat, post res cum Antigono compositas, eum quo multiplici bello, & immodica similitate confictatus est, Ægypti regnum quandiu vixit, moribus, & disciplinis mirifice instruxit, ornavitque. Jam gravis natu, morbo absumptus est, magno sui desiderio relicto. Cujus memoriam Alexandrini tanta charitate